Tbo. opinio cõmunis teneak que tñ min⁹ cuta videk. Raymũd⁹ decretista ꝛ sancrus in summa tenet ꝙ parti cipare cũ excõmunicat̃ maiori in loquela: cibo ꝛ bmõi. in casu nõ ꝓcesso: sit mortale vniuersalr. Sz bc. Tbo. in iiij. et Joh. an. et archid. tenẽt ꝛriũ. Et illud ꝛrium cõiter tenek. Et sic exempla innũera possent poni. Qõ aũt dicit bc. Tbo. in q̃dlibeto. iij. q. vj. art. ij. qñ duo sũt opiniones cõtrarie de eodẽ oportz alterã esse verã ꝛ alteraz falsam. Si ꝙ ille q̃ facit ꝛ opinionẽ mgr̃oꝝ vrputa in babẽdo plres ꝓbendas. facies ꝛ verã opinionẽ: nõ excusak a pcõ cũ faciat ꝛ legẽ dei: q̃uis nõ faciat ꝛ sciaz Nec enĩ verba bñ Tbo. nõ pñt intelligi: nisi de bis vbi manifeste ptz ex scꝛura vl̃ ecclie determinatõe ꝙ sit ꝛ legẽ dei: ꝛ nõ de illis intelligit vbi nõ apparet. Alias si bi ꝛdiceret codẽ libro qõ nõ essz credendũ. Itẽ vlricus in summa dic̃: ꝙ si qs de alĩ q̃ agendo dubio magz periros cõsulat. de q̃ nullã bz expssam autoritatẽ. vtrũ ita sit vl̃ nõ dũmodo formet sibi bonã ꝛsciaz. etiã si res aliter se habeat q̃z id qõ sentit. ꝛ qõ sibi ꝛsultum fuerit excusak: q: fec̃ qõ potuit: ꝛ de⁹ plus nõ req̃rit. Item ex respõsis q̃ videñ data ab Alberto magno babek ꝙ frater simplex vel q̃libet hõ cũ salute potest sequi in consilijs quãcũq; opinionẽ voluerit dũmodo alicui⁹ doctoris magni opinionẽ sequak. Posti. etiã dicat ex̃ de cog. spi. sup. ca. si vir. vbi sunt diuerse opiniões ꝛ diũsa iudicia semp humaniꝰ pferenda ꝛ equiorꝰ. Et ad idem facit quod ait Aug⁹. dis. ix. Sana. Guil. etiã in glo. Ray. dicit ꝙ in apicibꝫ iur̃ vbi dubitãt etiã sapientes excusabilis est ignorãtia. Tamẽ si alĩqs bona fide ꝓtem illã vel illam elegerit nõ bz sup hoc bñe ꝛsciaz nimis scrupulosam. Item Pe. de palude sup. iij. dist. xvij. dic̃ ꝙ si confessor dubitaret vtr̃ illud de q̃ ꝓfitẽs nõ peniteat nec cõfitek esse mortale. ꝛ ipse ꝓfitens dicit ꝙ ꝛsiliũ peritorũ illud fecit: de quibꝫ ex vita ꝛ scientia pbabile est ꝙ nõ consulerẽt nisi bñ. illi iudicio se pt̃ ꝛformare. Dec⁹ autẽ esset si essz certus de oppositio. Idem videk sentire Goff. de fontibꝫ. in bis scz opinionibꝫ ꝛriis q̃ tolerank ab ecclesia: vt dictũ est. Et ꝙ debet ꝓponere ꝓfitenti ꝙ bñ studeat de bꝰ seipm̃ ꝙ prudentes informari eo ꝙ alij tenẽt cõtrariã opinionẽ. marie si illius ꝛrie opinionis ꝓfessor sit inordinat⁹ eius ꝛ sic eũ absolueret. Idẽ sentit Rich. daro mon̄. Nõ distinguẽdo vtr̃ ꝓfessor ei⁹ sit ordian⁹ vel nõ ordinat⁹. Idem pt̃ haberi ex decretali ex̃ de sen. excõ. Inquisitioni. tam in tex. q̃z in glo. vbi declarak qñ mulier vxorata incipit ꝙ nouã informationẽ dubitare: an attineat viro gradu pbibito. quõ se debeat bñe in tali dubio circa exactionẽ vel redditionẽ debiti cõiugal. Probak ex bꝰ idem tali rõne fm cancellariũ. Non pl⁹ nocet homĩ errare in articulo fidei q̃ nõ est declaratus ad huc ab eccl̃ia: ꝙ sit articul⁹ de necessitate credẽd⁹ q̃z nec esse posset actus moralis ꝛ aliq̃d agibile ꝓpetrat⁹. qz actus nõ bz certus ex scꝛpsa aut determiatiõe ecclie q̃ sit illicitus. Patz boc ex eo ꝙ fides est tam necessaria sicut virtutes morales: ꝛ si nõ ampliꝰ. Sed ꝛstat cõiter apõ theologos: ꝙ in materia fidei dũ doctores sentiũt contraria. licitũ est ante determiationẽ ecclie tenere vnã partẽ vel alterã sine piculo peccati vel fidei. vtz ĩ abbate Joachim qui tenebat ꝛrium ad id qõ mgr̃ sen. dixerat in. i. dist. i. li. pio q̃ magister sñaz ecclia postmodũ determinauit ex̃ de sum. tri. c. Damnam⁹. Nec tñ dictus Joachim incidit in beresim aut pfidiam. ꝓpter boc qz dicta sua omia subiecit correctioni ecclie. Ergo a simili licz vnã opinionẽ in moralibꝫ tenere. iuxta limitata superius vbi saltẽ magis sapientes nõ sentiũt ꝛriũ. ꝛ vbi parat⁹ ẽ obedire ecclie ꝛ scripture si ei errorẽ explanaturr̃. Solet aũt mouere scrupulosus ꝛ detinere illud dictũ Augustini. Tene certũ ꝛ dimitte incertũ. de pe. dis. vij. c. Si quis. ¶ Sed vbi in eadẽ materia morali sunt contrarie opiniões doctorũ. illa videk tutior que est rigidior. ꝛ sic potius amplectenda ad qõ instigank scrupulosi. Sz ad hoc rñdek ꝙ Aug⁹. loquik in dicto. c. ꝓxie de eo q̃ differt pniam vsq; ad extremũ vite. cui⁹ salutatio dubia ẽ ꝛ incerta. nõ qz ꝓa pnia nõ possit eẽ in extremis. ꝛ de⁹ indulgeat. vtz in latrone cum ꝓpo crucifixo. Sed qz incertũ est ꝛ dubiũ vtr̃ talis vere poeniteat. qz videk moueri ꝓnapalr timore gehẽne magz q̃z respectu diuine offense ꝛ diuĩe glie qõ requirit ad veram pniam: fm Aug. de pe. di. vij. Nullus. Sz extendak illa auctoritas Aug. ad alias materias morales. ¶ Notanduz fm cancellariũ: ꝙ certitudo q̃ requirit in matia morali nõ est certitudo euidentie: sz pbabilꝭ ꝓiectura. Et pro hui⁹ declaratiõe sciendũ ꝙ triplex est certitudo. Una supnaturalis. alia nãlis. tertia ciuilis seu moral. Et certitudo supnaturalis ita se bz ꝙ nõ stat aliquẽ certa sentire ꝛ falli Et ipsa est triplex. Prima euidentie intuitiua q̃lis est beatoꝝ supne patrie. Alia est euidẽtie reuelate vt in ꝓphetaꝝ illustratione. Tertia est solius ad pẽrẽtie in speculo ꝛ enigmate. qualis est certitudo fidei q̃ nõ inniteur euidentie rõnis hũane. Sz aucti diuine q̃ ꝓinek in sacra scꝛptura. Est aũt q̃libz triũ certitudinũ supnaturalium tanta ꝙ p nullã potentiã creaz diuinã ꝛ absolutã fallaz esse potest: alioq̃n deus negaret seipm̃. ¶ Certitudo vero naturalis ita se bz ꝙ nõ stat p naturã aliquã taliter assentire ꝛ falli. quã pbi nobis posuerẽt possibilem in ꝓncipijs p se notis. cognitis scz ex sola apprehensione terminoꝝ: vt quodlibet est vl̃ nõ est. Posuerũt etiaz in conclusionibꝫ demõstrationis ꝛ in ꝛsequentia cuidẽ deductis p talia ꝓncipia quẽadmodũ dixerẽt sciam matematicã cẽ sciam certissimã. ¶ Tertia certitudo. s. moralis seu ciuilis: tangik vna cũ ꝓcedenti in ꝓncipio erbioꝝ. Ubi dicak ꝙ disciplina est in vnaquaq; re certitudinẽ querere iuxta exigentiã materie. Et que enĩ vitiosum est psuadẽtem q̃rere matbematicũ ꝛ moralẽ demõstrantẽ. Nõ enĩ cõsurgit certitudo moral⁹ ex cuidẽtia demõstratois. sed ex pbabilibꝫ ꝓiecturis grossis ꝛ figuralibꝫ. magz ad vnaz partem q̃z ad aliã se bñibꝫ. dicik aũt pbabile qõ plibꝫ et maxime sapiẽtibꝫ apparet vez. Ex bis igik sequik ꝙ ĩ bũanis agibilibꝫ q̃ tantã bñt varietatẽ. teste Arist. ꝛ pientia. suffic̃ tal⁹ certitudo q̃ nõ sp scrupulos oẽs abiciat sed sufficiat vt ꝓemnat seu supat eos. Ad qõ etiam optime facit illud Leonis pape dicentis ꝛn bis q̃ dubia fuerint aut obscura. id nouerim⁹ sequẽdũ: qõ nec preceptis eũ gdiẽ ꝛrium nec decretis scꝛoꝝ patz inuenak aduersuz. dis. xvij. c. Sicut q̃dã. Ista aũt certitudo moralis colligik ex vno triũ modoꝝ vidz. Ex alterius auctoritate qõ ptinet ad incipiẽtes. q̃ scz eruditunk p alios in doctrinis: ꝛ addiscũt ꝛ obediũt. Juxta illũd Deut. xvij. Interroga ꝓem tuũ ꝛ annũciabit ꝛc. Secũdus modꝰ est ex ꝓpria eruditiõe qõ ꝛgruit ꝓficientibꝫ studendo in scripturis. Juxta illud Prouerb. i. Strude sapiẽtie. Tertius modus ex circũspectione circũstantiaꝝ: ꝛ hoc quo ad perfectos.

¶ De actu intellectus. ¶ Caplm Undecimum.

De actu intellectus et

primo quõ cognoscit anima in corpe. Et q̃ntum ad bꝰ ꝛsiderato erit triparrtio ꝓio de cognitiõe eoꝝ q̃ sunt infra se. Scõo de cognitiõe eoꝝ que sunt in ipa anima ꝛ de se. Tertio de cognitõe eoꝝ que sunt supra ipsam.

Anima cognoscit coꝛ. ¶. I.

poꝛa per intellectũ. Pio cui⁹ declaratiõe dicit bc. Tbo. in prima parte. q. lxxxvij. art. j. ꝙ primi philosophi qui

de naturis rez inquisierūt putauerūt nil esse in mūdo nisi corp⁹. Et q⁹ videbāt oīa corpa esse mobilia z putabant esse in ꝓfluuo fluxu. extimabāt q⁹ nulla certitudo de rez varietate haberi possit a nob. Qđ enī est in ꝓfluuo fluxu q certitudinē apprehēdi nō pōt. q⁹ ꝓpter hoc ꝗz a mēte diuidicēt. Sicut Heraclius dixit. q⁹ nō erat possibile aquā fluuij currētis bis trāgere. vt recitat pbs in. ij. metha. Dis aūt supuenientes plato vt posset saluare certā cognitionē a nobis veritatis p intellectū posse haberi. posuit p̄ter ista corpalia quasdā substātias subsistentes separatas a materia z a motu. quas noīauit species vel ydeas p quaz ꝓticipationē vnūquodq; singularium z sensibiliū istoz dicit hō vel equ⁹ vl aliquid hmōi Sic ergo dicebat sciētias z diffinitiones. z quicquid ad actū intellect⁹ ptinet. nō ad ista materialia z sensibilia referri. sed ad illa imaterialia z separata. vt sic aīa nō intelligat ista corpalia sed intelligat hoz corpalium species separatas. Qđ appet esse falsum. q⁹ cū ille species separate sint imateriales z imobiles fm ipm excluderēt a scientijs cognitio z motus materie. qđ est ꝓpriū sciētie naturalis z demōstratio per causas mouētes et materiales.

¶ Dicendū igit q⁹ aīa p intellectum cognoscit corpa cognitione intellectuali. immateriali. vniuersali. et necessaria. Sicut enī forma sensibilis alio mō est in re q̄ est extra aīam. z alio modo in sensu qui suscipit formas sensibiliū absq; materia. Sicut colorē auri absq; auro. Sic intellectus species copoz q̄ sunt materiales z mobiles recipit imaterialiter z imobiliter fm modū suū. Nā receptum est in recipiēte p modū recipiētis. ¶ Vñ aūt August. dicit in li. soliloquioz. copa intellectu comprehēdi nō posse. intelligendū est quātū ad ea quibus mediātibus intellectus intelligit. nō quantū ad ea q̄ cognoscit. Cognoscit enī intellectus corpa sed nō p corpa nec p similitudines corpales z materiales. sed p species imateriales z intelligibiles q̄ p sui essentiā esse possūt in aīa. Et vt dicit ꝑia Aug. vlri. de ciui. dei. Nō est dicendū q⁹ sic sensus cognoscit sola corpalia. ita intellect⁹ cognoscit sola spūalia. q⁹ segref q⁹ deus z angeli corpa nō cognoscerent. Cui⁹ diuersitatis ratio est. q⁹ inferior virtus non se extendit ad ea q̄ sunt virtutis suptioris. sed bene suprior virtus ad ea q̄ sunt inferioris ꝑ virtutis excellētioꝛi modo operat. Quāuis etiā trāsmutet forma substātialis rez inferioz. remanet tñ materia imobilis rez. Rerū etiam mutabiliū sunt habitudines imobiles. Sicut sortes. et si nō semp sedeat. tamē imobiliter verū est q⁹ q̄n sedet in vno loco manet. z ꝓpter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus imobilē sciētiā habere.

Anima humana nō .§.ii.

cognoscit p essentia suā corpa. sed p intellectū suū mediantibus speciebus intelligibilibus. Antiqui aūt philosophi posuerūt aīam ipam p essentiam suā cognoscere oīa. Et q⁹ siderabāt res inferiores cognitas esse corporeas et materiales. Posuerūt etiā oportere res cognitas esse in anima cognoscēte materialiter. Et ideo vt aīe attribuerent oīm cognitionē posuerūt eā habere naturaz cōmunem cū oībus. Et q⁹ natura principiatoz ex principijs cōstituit attribuerūt aīe naturā principij. Vñ qui dixit ꝑncipiū oīm esse ignē dixit aīam esse ō natura ignis. Qui dixit esse aerē principiū oīm dixit aīam ex aere. Empedocles qui posuit quatuor elemēta principiū oīm dixit animā ex his ꝑstituā. Sed hec est falsa opinio z eam reprobat Aresto. in primo de aīa. Qđ aūt ipse in tertio de aīa dicit aīam quodāmō esse oīa nō ex hoc vult dicere q⁹ actu sit cōpositā aīa ex oībus. Sed inquantū est in potentia ad oīa. p sensum ad sensibilia. z p intellectū ad intelligibilia. Solus ergo deus est qui p essentiā suam intelligit oīa. q⁹ essentia eius imaterialiter in se oīa habz pur effectus ꝑfecte ꝑsistūt in sua causa. Nō aūt aīa humana vel angelus p essentiā suā cognoscit oīa. Intellectus tamen cognoscit perfectius q̄z sensus quia sensus accipit formam rei cognite sine materia. sed cuz materia aliqb cōditionibus. Intellectus aūt abstrahit in cognoscēdo nō solū a materia sed etiam a cōditionibus inuiduantibus materialibus.

Anīa humana nō .§.iii.

Anīa nō habet species naturaliter inditas sed acq̄sitas

intelligit p species naturaliter inditas q⁹ eas nō habet Vñ pbs in. iij. de aīa dicit q⁹ intellectus est sicut tabula rasa in qua nihil est scriptū. Pro cui⁹ declaratiōe dic. b. Tho. vbi. s. q⁹ nos videm⁹ q⁹ hō q̄nq; est cognoscens in potentia rōnis. tam fm sensum q̄z fm intellectū. Et de tali potētia ad actū reducit vt sentiat p actiones sensibilium in sensu. vt intelligat p disciplinā aut intentionē. Unde oportet dicere q⁹ aīa cognoscitiua sit in potētia tam ad similitudines q̄ sunt principia sentiēdi q̄z similitudines que sūt principia intelligēdi. Et ꝓpter hoc Aresto. posuit q⁹ intellectus quo aīa intelligit nō habet aliquas species naturaliter inditas. sed est in principio in potentia ad oēs species hmōi. Sed q⁹ id qđ habet actū formaz interdū nō pōt agere fm formā ꝓpter aliqđ impedimētum. sicut leue nō pōt ferri sursum si impediat ꝓpter hoc Plato posuit q⁹ intellectus noster naturaliter est plen⁹ omnib⁹ speciebus intelligibilibus. sed p vnionē corpis impedit ne possit in actū exire. Sed hoc nō videt ꝓueniēter dictū quia si habet aīa naturalē cognitionē oīm nō videtur esse possibile. q⁹ hmōi notitia naturalī habeat rantam obliuionē. q⁹ nesciat se hmōi scientiā habere. Illis enī obliuiscit ea q̄ naturaliter cognoscit. Sicut q⁹ oīe totū est maī⁹ sua ꝑte. z ꝑcipue est hmōi incōueniēs. si ponat naturale esse aīam vniri corpori. Apparet etiā incōueniens istud ex hmōi. quia deficiente vno sensu deficit scientia in bōe cuz q̄ apprehendunt p illum sensum Sicut cecus natus nullā habere pōt notitiā de coloribus. Qđ nō esset si naturaliter omniū rez intelligibiliū rōnes aīa haberet. Intellect⁹ aūt angelicus a principio sue creationis fuit replet⁹ hmōi speciebus intelligibilibus quib⁹ intelligit ꝑfecte. Unū in libro de causis dicit. Dis intelligētia est plena formis. s. angeli nō aūt hois.

In aīa nō effluunt .§.iiii.

Nō habz aīe spēs intelligibiles.

species intelligibiliū ab aliquib⁹ formis separatis. vt dixerūt quidā. s. Plato z Auicēna. Sed alio z alio modo Nā vt ponit. b. Tho. in. j. parte. q. lxxxiiij. arti. iij. Plato dixit formas rez sensibiliū p se sine materia subsistentes. sicut formā hois quā noīabat p se hoīem. z formaz equi seu ydeā quā p se noīabat equū. z sic de alijs. Has igit formas separatas dicebat participari ab aīa nra ad cognoscendū z a materia corpali ad essenduz. Et ita intellectus noster p hoc participat ydeā lapidis intelligit lapidē. Participatio aūt ydee est p aliquā similitudinē ipsius ydee in ꝓticipante ipam p modū quo ab exēplato participat exemplar. Et sic ponebat species intelligibiles intellectus nri esse similitudines quasdā ydearuz ab eis effluētes. Sed Aresto. ꝓbat esse ꝓtra rationē rez sensibiliū q⁹ earū forme subsistāt absq; materia. ¶ Auicenna aūt remota hac positione platonis posuit omniū rerū sensibiliū species intelligibiles. nō q̄dē p se subsistere absq; materia. sed ꝑ existere imaterialiter in intellectibus separatis. a quoz deriuant hmōi species in sequētem. z sic ꝺ alijs vsq; ad vltimū intellectū agentē a quo vt ipse dicit effluunt species intelligibiles in aīas nras et forme sensibiles in materiā corporalē. Sed scōm hāc positionē sufficiēs rō nō posset assignari quare aīa nra

corpori vnirek. Nō enī potest dici q̄ vniak anima ꝓter corpus. quia nec forma est ꝓter materiā. nec motor ꝓpter mobile. sed potius ecouerso. Maxīe aūt est corp⁹ necessariū anime intellectiue ad operationē eius ꝓpriaz. que est intelligere. quia sc̄m esse suum a corpore nō dependet si aūt species intelligibilis esset apta nata recipere naturaliter p̄ influentiā aliquoz̄ separatoz̄ principiorum tantū z nō acciper eas a sensib⁹. nō indigeret corpore ad intelligendū. Unde frustra corpori vnirek. Si autē dicak q̄ anima indiget sensib⁹. ad intelligendū quibus quodammō exciter ad considerandū ea quoz̄ species intelligibiles accipit a substātijs separatis. hoc nō videtur sufficē. quia hmōi excitatio nō videk necessaria nisi ad excitādam animā quasi consopitā z obliuiosam sc̄m platonicos. Et sic sensus nō ꝓficerent aīe intellectiue. nisi ad tollendū impedimentū q̄ ꝓuenit anime ex corporis vnione. remanet ergo querendū que sit causa vnionis anime ad corpus. patet etiam falsitas huius ex hoc. q̄ qui deficit vno sensu. caret scientia sensibiliū illius sensus. quod nō esset si ex intellectib⁹ separatis efflueret solū species intelligibiles in animā. Et quia oīne q̄ p̄ participationē est tale reducit in aliq̄ principiū quod per essentiā est tale. vt ignita reducunt sicut in causam in ignem. Ideo species intelligibiles quas participat intellectus noster reducunt sicut in causam primam in aliquod principiū quod p̄ essentiā est intellectuale. scilicz deū. z ab illo principio procedūt mediantib⁹ formis sensibiliū rerū z materialiū a quib⁹ scientiaz colligimus vt dicit Dyonisius.

Anima intellectiua .§.V.

Quid est cognosci in rationibus eternis.

Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. vbi supra ar. v. q̄ philosophi siqua dixerūt vera z fidei nr̄e accōmodata. tanq̄ ab iniustis possessoribus in vsum nostrū vēdicata sunt. Simulata ꝓ̄o z superstitiosa eoz̄ cultari debent. Augu. ergo qui imbutus fuit doctrinis platonicoz̄. Siqua inuēit fidei accōmodata in eoz̄ dictis assumpsit fidei aūt nostre aduersa in melius cōmutauit. Quia igit̄ plato posuit formas rerū p̄ se subsistere a materia separatas quas ydeas vocabat per quaz̄ participationē dicebat intellectū nostrū intelligere. hoc aūt alienum est a fide nostra. Ideo Augu. in lib. lxxxiij. questionū loco haz̄ ydearum quas Plato ponebat posuit rōnes omniū creaturaruz esse in mēte diuina sc̄m quas oīa formant. Et sm̄ q̄s etiā anima nostra oīa cognoscit.

Aliq̄d dr̄ in alio cognosci dupliciter

¶ Sed sciendū q̄ aliquid in aliquo cognosci dicit dupliciter. Uno mō sicut in obiecto vel subiecto cognito. Sicut aliquis videt in speculo omnia que in speculo representant. Et hoc modo anima nostra in statu vite presentis nō videt omnia in rationib⁹ eternis. Sed in eis omnia cognoscunt beati qui deū vidēt z omnia in eo. Alio modo dicit cognosci aliquid in aliquo sicut in cognitionis principio. Sicut si dicamus q̄ in sole vidēt omnia que vidēt per solē z sic necesse est dicere q̄ anima nostra in rationibus eternis omnia cognoscit per participationē earū. Ipm enim lumē intellectuale quod est in nobis non est aliud nisi quedā participata similitudo lumis increati in quo continent rationes eterne. Unde in psal. dicit. Multi dicunt quis ostēdit nobis bona. Cui questioni respondens psalmista ait. Signatū est sup nos lumē vultus tui domine. quasi diceret per sigillationē ipam diuini luminis omnia nobis demonstrant. Quia tamen preter lumē intellectuale in nobis exigunt species intelligibiles accepte a rebus sensibilib⁹. vt de eis scientiā habeam⁹ Ideo nō per solā participationē rationū eternaz̄ de rebus materialib⁹ noticiā habem⁹. sicut platonici posuerūt. q̄ p̄ solā participationē ydearū sciam haberem⁹.

ps. xliij.

Intellectiua cogni- .§.VI.

tio accipit a rebus sensibilib⁹. nō tamē totaliter z pfecte. sed q̄dā est media cause cognitōis. sm̄ illud philosophi in p̄mo methaphisice. Omnis nostra cognitio oritū habet a sensu. Pro cuius declaratione dicit. bea. Tho. vbi. s. ar. vj. q̄ circa hec fuit triplex opinio phoz̄. Democritus dixit q̄ nulla alia est causa nostre cognitōis nisi cum abhis corpib⁹ que cogitam⁹ veniunt atq̄ subintrāt imaginatiōes in aīas nostras. Et sic posuit iste cognitiones nostrā fieri p̄ydola z defluxiones. Ut Arest. dicit de eo in libro de somno z vigilia. Et hmōi positiōis ratio fuit quia ipi z antiqui ponebāt intellectum differre a sensu. Plato vero posuit intellectū esse virtutē imaterialē organo corporeo nō vrentē. et intellectualē cognitionem a sensibili non procedere. sed per participationem ydearū. vt dictum est supra. nec etiam sensibilem cognitionem a sensibilib⁹ procedere. sed q̄ solū sensibilia excitāt animaz̄ ad sentiendū. sicut etiā ad intelligendū. Aresto. aūt media via processit. posuit quidē cum Platone differre intellectum a sensu. Et cū democrito q̄ operatiōes sensitiue partis causent p̄ impressionē sensibiliū in sensu. Sed non tamē per modū defluxiōis vt Democrit⁹ posuit. sed p̄ quandā operationem. Intellectū vero posuit habere operationem absq̄ cōmunicatione corpis. nihil aūt corporeū imprimere potest in rem in corporeā. Et ideo ad causandum intellectualē operationē nō sufficit impressio sensibilium corpoz̄ sed requirit aliquid nobilius. eo q̄ agēs est nobilius patiēte. Id aūt supius z nobilius est sm̄ Aresstore. intellectus agēs de quo supra. Dic facit fantasmata accepta a sensib⁹ intelligibilia in actu p̄ modū abstractiōis cuiusdā. Sc̄m hoc ergo intellectualis cognitio a sensibilib⁹ causat ex parte fantasmatū. sz̄ q̄ fantasmata nō sufficiunt imutare intellectū possibilē oportet q̄ fiant intelligibilia in actu p̄ intellectū agentē. Et ideo nō potest dici q̄ cognitio sensibilis totalis z pfecta causa sit cognitionis intellectualis.

Intellect⁹ huma- .§.VII.

nus nō pōt actu intelligere p̄ species intelligibiles quas penes se habet nisi ꝓuertendo se ad fantasmata in vita presenti. Unde pbus in lib. de anima dicit. q̄ nihil intelligit anima sine fantasmate. Et contrariū dicit beat⁹ Tho. vbi supra. arti. vij. esse impossibile q̄d sm̄ ipm̄ appareat duob⁹ indicijs. ¶ Primo quidē quia cū intellect⁹ sit quedā vis nō vtens organo corpali nullo mō impedirek a suo actu per lesionē alicui⁹ organi corpalis si nō requirerek ad actū eius actus alicuius potentie vtentis organo corporali. vt sensus. imaginatio z alie vires pertinentes ad partē sensitiuā. Unde manifestū est q̄ ad hoc q̄ intellectus actu intelligat. nō solū accipiēdo scientiam de nouo. sed etiā vtendo scientia iam acquisita requirit actus imaginatiōis z ceteraz̄ virtutū. Uidem⁹ enim q̄ impedito actu virtutis memorative. vt accidit in litargicis. per lesionē organi corporalis impedit homo abintelligendo in actu etiā ea quoz̄ iam scientiam habuit.

Ad intellectum requiruntur intellecta ad formata.

¶ Secūdo quia hoc quilibet in seipo experiri potest q̄ quādo aliquis conatur aliquid intelligere format sibi aliqua fantasmata p̄ modum exemplorum in quib⁹ quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde est q̄ q̄ndo volumus aliquē facere intelligere aliquid. p̄onimus ei alia exēpla ex q̄b⁹ sibi fantasmata formare possit ad intelligendū. Huius aūt ratio est. quia potentia cognoscitiua ꝓportionat cognoscibili. Unde intellectus angeli q̄ est totaliter a materia separatus. obiectū p̄prium est substātia intelligibilis a corpore separata et p̄ huiusmodi in-

telligibile materialia cognoscit. Intellectus vero humani qui est ꝓiunctus corpori est obiectū ꝓprium quidditas seu natura in corpali existēs materia. et hmōi naturas visibiliū rez cognoscat. z etiā ad aliqualē noticiā inuisibiliū ascendit. De ratione aut̄ hui⁹ nature est q̄ in aliquo indiuiduo existat qđ nō est absq; corporali materia. Sicut de ratione equi nature est q̄ sit in hoc equo. et sic de alijs. Uñ natura lapidis vel cuiuslibet rei īmateria corpali existētis. nō potest cōplere z ꝑfecte cognosci nisi fm̄ q̄ cognoscit vt in ꝑticulari existens. Particulare aūt apprehēdimus p sensum z imaginationē. Et ideo necesse est ad hoc q̄ intellectus intelligat suū obiectum ꝓprium q̄ ꝓuertat se ad fantasmata. vt speculet naturā vniuersalē in particulari existentē. Nec sufficit cōseruatio speciez intelligibiliū in intellectu possibili ad hoc q̄ actu intelligat. sed oportet q̄ eis vtat fm̄ q̄ cōuenit rebus quaz species sūt nature in particularibz existētes. Incorporea aūt quoz nō sunt fantasmata cognoscunt a nobis p comparationē ad corpalia sensibilia quoz sunt fantasmata. Deū aūt vt dicit Dyonisius cognoscimus vt per causas. p excessum. z p remotionē. Alias etiā substantias incorporeas in statu vite presentis cognoscere nō possum⁹ nisi per remotionē vel aliquā comparationez ad corpralia. Et ideo cū de hmōi aliquid intelligimus. necesse habem⁹ cōuerti ad fantasmata corpoz. sed ipsorum non sunt fantasmata.

Iudiciū intellect⁹ .§. VIII.

impedit per ligamentū sensus Unde Augu. dicit. q̄ in dormiendo ea que cōtra licitos mores ꝓtingunt nō imputant ad peccatū quod nō esset si homo haberet libez vsum rationis z intellectus. quod etiā sic declarat Thō. vbi supra. arti. viij. ꝓprium obiectū intellectui nostro ꝓportionatū est natura rei sensibilis. perfectū aūt iudicium de re dari nō potest. nisi omnia que ad rem pertinent cognoscant. Unde impossibile est q̄ sit in nobis ꝑfectum iudicium intellectus cū ligamēto sensus. p quē rerum species cognoscim⁹. Sed sciendū q̄ sensus ligat in dormientibz ꝓpter cuapoz ationes quasdā. et fumositates resoluras. vt dicit in lib. de som. z vigilia. Et ideo fm̄ dispositionē hmōi eua porationū contingit esse ligamentū sensus maius z minus. Quādo enim multus fuerit motus ligat non solum sensus. sed etiā imaginatio vt nulla appareant fantasmata. sicut ꝑcipue accidit cum aliquis incipit dormire post multū cibum et potum. Si vero motus vapoz fuerit aliquātulū remissior. apparent fantasmata sed distorta et inordiata vt accidit in febricitantibz. Si vero adhuc motus magis sederur. apparēt fantasmata sed magis ordinata sicut maxime solet accidere in dormitionis fine. z in his qui sunt sobrij et qui habēt fortem imaginationē. Si aūt⁹ motus fuerit motus nō solū imaginatio remanet libera. sed etiam ipse sensus cōmunis soluit̄ ex parte ita vt homo in dormiendo interdū iudicet somnia esse que videt quasi diiudicās inter res z rerū similitudines sed tamē et aliqua parte remanet sensus ligatus. Et ideo semp licet aliquas similitudines discernat a rebz in aliquibz tamen decipit̄. Sic igit̄ per modū quo in dormiendo solvitur sensus z imaginatio. sic etiā liberat̄ iudiciū intellectus nō tamē ex toto. Unde illi dormiendo syllogizāt cū exeitant̄ semp recognoscūt se in aliquo defecisse.

De modo z ordine .§. IX.

intelligendi. Et primo q̄ intellectus noster intelligat abstrahēdo a fantasmatibz z quomō. Circa cuius declaratiōe dicit Thō. in. j. parte. q. lxxv. arti. j. q̄ intellectus medio⁹mō se habet inter sensum nostrū z intellectū angelicū. Nō enī intellectus est actus alicui⁹ organi corporalis sicut est sensus. z ideo ꝓprium ipsius sensus est cognoscere formā in materia corporali indiuidualiter existentē sicut colorē in ista vel in alia re particulari. Nec etiam ipse intellectus noster est actus alicui materie corporali nō ꝓiunctus. sicut est intellectus angelic⁹. Et ideo angelici intellectus obiectū est forma sine materia subsistens. Quāuis enī etiā materialia cognoscat nō tamē ea nisi in īmaterialibz intuet̄. s. vel in seipis vel in deo. Sed cū intellect⁹ noster sit virtus anime que est forma corporis. ideo ꝓprium eius est cognoscere formā in materia corporali indiuidualiter existentem. nō tamē ꝓout sunt in tali materia. Cognoscere autem id quod in materia indiuiduali est. nō ꝓout est in tali materia est abstrahere formam a materia indiuiduali. quaz repsentat fantasmata. Et ideo necessariū est dicere q̄ intellect⁹ noster intelligit īmaterialia abstrahēdo a fātasmatibz. Et per materialia ꝓsiderata deuenit etiā in cognitionē aliqualē īmaterialiū. sicut econuerso angeli materialia cognoscunt p īmaterialia. Ad declarandū vero modum hui⁹ abstractionis sciendū fm̄ Thō. vbi. s. q̄ dupliciter ꝓtingit intellectū abstrahere. Uno mō per modū compositiōis z diuisiōis. sicut cū intelligim⁹ aliquid nō esse in alio vel esse separatū ab eo. Alio mō per modū simplicis et absolute ꝓsiderationis. sicut cū intelligimus vnū nihil ꝓsiderando de alio. Abstrahere ergo p intellectū fm̄ primū modū abstrahēdi. ea q̄ fm̄ rem non sunt abstracta nō est absq; falsitate. Sed abstrahere p intellectum scōo modo que fm̄ rem nō sunt abstracta. nō est cū falsitate sicut videm⁹ in sensibz. Si enī intelligim⁹ vel dicimus colorē nō esse in colorato corpore vel esse separatum ab eo est falsitas in opinione z in locutiōe. Sed si consideremus colorē z ꝓpterea eius nihil considerādo ō pomo colorato. erit absq; falsitate opinionis. Pomū enī nō est de ratiōe coloris. z nihil phibet intelligi colorē nihil intellecto de pomo. Similiter ea que pertinēt ad rationez speciei cuiuscūq; rei materialis. puta lapidis aut hominis z alia hmōi. possunt ꝓsiderari sine principijs indiuidualibz que nō sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere vniuersale a particulari. vel speciē intelligibilem a fantasmatibz cōsiderare. s. naturā speciei sine indiuiduālium cōsideratiōe principioz que p fantasmata repsentantur. Si ergo abijciat̄ q̄ intellectus est falsus intelligendo rem aliter q̄z est. Respondet̄ q̄ verū est si aliter referat̄ ad rem intellectā. Tūc enī intellectus est falsus qñ intelligit rem aliter q̄z sit. Sicut si abstraheret speciē lapidis a materia vt intelligeret eam non esse in materia. Sed si aliter referat̄ ex parte intelligentis est intellectus absq; falsitate. est enī hoc absq; falsitate vt sit alius modus intelligēdi q̄z modus rei in existēdo. q̄ intellectū est in intelligēte īmaterialiter p modū intellectus. nō autez materialiter p modū rei materialis.

Intellect⁹ abstrahit duobus modis.

Fit aūt hec abstra⁹ .§. X.

ctio a materia indiuiduali non a materia cōmuni. Est enī materia cōmunis et signata seu indiuidualis. Communis vt caro et ossa. Indiuidualis vt hec caro hec ossa Intellectus aūt dicit abstrahit a materia indiuiduali ad intelligendū speciem rei sensibilis. q̄ nō abstrahit a materia cōmuni. s. cōsiderando hominē cū carnibz z ossibz in cōmuni. sed nō his carnibz et ossibz. Et quia fantasmata cū sint particulariū nō possunt imprimere suam virtutē intellectui possibili. Ideo virtute intellect⁹ agentis resultat quedam similitudo ab intellectu possibili ex cōuersione intellectus agentis supra fantasmata. q̄ quidem est repsentatiua eoz quoz sunt fantasmata solum quātum ad naturā speciei. et p hunc modū dicit abstra

Ā q̄ materia fit abstracto

bi species intelligibiles a fantasmatibꝫ. Nō ꝙ eadē numero forma que prius fuit in fantasmatibus postea sit in intellectu possibili ad modū quo vnū corpus accipitur ab vno loco et transferk ad alium. Illuminank autē fantasmata ab intellectu agente ꝛ iterū ab eis per virtutem intellectus agentis species intelligibiles abstrabūtur. Abstrahit enī intellectus agens species intelligibiles a fantasmatibꝫ inquantū ꝑ virtutē intellectus agentis accipere possimꝰ in nostra ꝯsideratōne naturas specierū sine ꝯditionibꝫ indiuiduantibꝫ. quaꝝ similitudinibus intellectus possibilis formak. ¶ Quāuis autē intellectus abstrahat species a fantasmatibꝫ inquantū cōsiderat natura reꝝ indiuidualiū. tamen intelligit eas in fantasmatibꝫ. quia nō potest intelligē etiā eas quoꝝ species abstrahit nisi ꝯuertēdo se ad fantasmata. ¶ Species a fantasmatibꝫ abstracta nō se habet ad intellectuꝫ sicut illud qō primo intelligik sed sicut illud quo mediante aliquid intelligik. Nam si ipse species intelligibiles essent illud quod intelligik circa aliquā rem. quod quidam dixerūt. sequerek hoc. ꝙ scientie omnes essent de rebus que sunt extra animā. sed solū de speciebꝫ intelligibilibꝫ que sunt in anima. Nō oīno est falsum. Nā sunt de rebus que sunt extra animā ꝛ ea intelligimꝰ de quibus sunt scientie. Se habet ergo species intelligibilis ad intellectū nostrū sicut id quo intelligit nō sicut illud qō principaliter intelligit. sicut similitudo rei visibilis qua informak oculus cū videt se habet ad visum vt id quo videt. nō sicut id quod videt. Nam id quod videt est extra oculū. ſ. res colorata. Sed quia intellectus supra seipm reflectik. fm candē reflectionē intelligit suū intelligere ꝛ speciē per quā intelligit. Et sic species intellecta ē secundario id quod intelligik. Primo est res cuius species intelligibilis est similitudo id quod intelligik. Ex hoc etiā patet ex antiquoꝝ opinione qui ponebāt simile per simile cognosci. Ponebāt enī ꝙ anima ꝑ terrā que est in ipa terra cognoscit que est extra ipam. ꝛ sic de alijs. Si ergo accipiamꝰ speciē terre loco terre fm doctrinam Aristotelk. qui dicit ꝙ lapis nō est in anima. sed species lapidis sequerek ꝙ alia species intelligibiles intelligit q̄ sunt extra ipam. Et sic in parte sensitiua reperik duplex operatio. Una fm solā imutationē. ꝛ sic perficik operatio sensus. per hoc ꝙ imutak a sensibili. Alia operatio est formatio fm ꝙ vis imaginatiua formar sibi aliqō ydolum rei absentis vel etiā nunq̄ vise. Ita accidit in intellectu. Sed in eo vtraq; operatio cōiungitur. Nam primo considerak passio intellectus possibilis. fm ꝙ informatur specie intelligibili. qua quidē informatꝰ formar sibi secūdo vel diffinitionē vel diuisionē aut compositionem que ꝑ vocem signanf. Cū ergo phus dicit primo peri hermenias ꝙ voces sunt note earū que sunt in anima passionū. intelligik ꝙ signāt ea que intellectus sibi formar ad iudicandū de rebꝫ exteriorib. nō autē species intelligibiles.

Species intelligibilis est id q̄ intelligik.

Cognitio singulari .ſ. XI

Cognitio vniuſaliū sequik cognitionē pticulariū.

um est prior quo ad nos q̄ cognitio vniuersaliū. ꝛ ratio est quia cognitio intellectiua que est vniuersaliū aliquo modo habet primordiū a sensitiua. ꝛ quia sensus est singularium intellectꝰ vniuersaliū. ideo quo ad nos oportet ꝙ prior sit cognitio singulariū q̄ vniuersaliū. Sed fm se ꝛ simplex cognitio vniuersaliū est prior cognitiōe singulariū. ꝛ cognitio magis cōmunis minꝰ cōmuni. Ratio est quia intellectus noster cū procedat de potētia in actū. ꝛ oē qō pceditꝝ potētia ī actū prius pueit ad actū incōpletū q̄ est medius inter potētiā ꝛ actū q̄ ad actū pfectū. Actꝰ aūt pfectꝰ ad quē pueit intellectꝰ est scia cōpleta ꝑ quā res distincte ꝛ determinate cognoscunk. Actꝰ imperfectus est sciētia incōpleta ꝑ quā res sciunk sub quadam cōfusione. Dicit aūt phs. ſ. phisi. ꝙ sunt nobis primū manifesta ꝛ certa cōfusa. magis posterius autē cognoscimus distinguēdo magis distincte principia ꝛ elementa. puus enī occurrit in intellectu nostro cognoscere animal q̄ cognoscere hominē. Et idē est de cognitione sensitiua fm locū et tempus. Nā primꝰ cognoscik a remotis aliquid esse animal q̄ esse homo. ꝛ prius esse homo q̄ socrem. fm tempus. quia puer primꝰ distinguit hominē a nō homine q̄ hunc hominem ab alio distinguat. bea. Tho. vbi. s. arti. iij.

Intellectus noster .ſ. XII.

Quō aliq̄ multa ꝑ se sunt intelligi.

potest multa simul intelligere ꝑ modū vnius. non autē multa ꝑ modū multoꝝ dico autē ꝑ modū vnīs vel multoꝝ. per vnā. ſ. vel plures species intelligibiles. Ratio est quia modus cuiuslibet actiōis consequit suā formā q̄ est actionis principiū. Quecūq; ergo intellectus potest intelligere sub vna specie potest sic intelligere. ꝛ inde est ꝙ deus omnia simul videt ꝑ vnū quod est essentia sua. Quecunq; ꝫo ꝙ intellectus per diuersas species intelligit nō simk intelligit. Huius ratio est. quia impossibile est idem subiectū pfici pluribꝫ formis vnius generis ꝛ diuersaꝝ specierum. Sicut impossibile est ꝙ idē corpus fm idem colorek diuersis coloribꝫ simul vel figurek diuersis figuris. Omnes autē species intelligibiles sunt vnius generis. quia sunt pfectiones vnius potentie intellectiue. licet res quaꝝ sunt species sint diuersoꝝ generum. Impossibile est ergo ꝙ idem intellectus perficiak diuersis speciebus intelligibilibꝫ ad intelligendum diuersa in actu.

Intelligit aūt in .ſ. XIII.

Intellectus intelligit cōponendo ꝛ dō ꝛ diuidendo.

tellectus noster cōponendo ꝛ diuidendo fm Tho. vbi supra art. v. Cū enī intellectus humanus egeat de potētia in actū silitudinē quandā habet cū rebꝫ generalibꝫ que nō statim suā pfectionē habēt sed successiue eam acquirunt. Et similiter intellectꝰ humanꝰ nō statim in prima apprehēsione capit pfectam cognitionem rei. Sed primo apprehendit aliquid de ipsa re. ſ. quidditatē rei. que est primum et primū obiectū intellectꝰ. deinde intelligit accidentia ꝛ ꝓprietates ꝛ habitudines circūstātes rei essentiā. Et fm hoc necesse habet apphēdium vnū alijs cōponere ꝛ diuidere. ꝛ ex vna cōpositione ꝛ diuisiōe ad aliam pcedere quod est ratiocinari. Intellectꝰ aūt diuinus et angelicus se habēt sicut res incorruptibiles. que statim a principio habēt totā suam pfectionē. Unō intellectus diuinus ꝛ angelicus statim pfecte cognitionē totū rei habent in cognoscendo quidditatē rei. cognoscit de re quicqd nos componēdo ꝛ diuidēdo ꝛ ratiocinando possumus intelligere absq; hoc qō componat diuidat vel ratiocinek. ¶ Intellectus noster circa propriū obiectū eius. ſ. quidditatē rei. ꝑ se loquendo non pōt esse falsus sed circa ea que circūstant essentiā rei fm. b. Tho. 1ª ꝙ. 85. arti. vj. Unde phs. in. iij. de anima q̄rum ad hoc et qui assimilat intellectū sensui. Sensus enī circa propriū obiectum nō decipik. sicut visus circa colorem nisi forte per accidens ex impedimēto circa organum ꝓpingente. Sicut gustus febricitantiū dulcia iudicat amara. ꝓpter hoc ꝙ lingua malis humoribꝫ est repleta. Circa sensibilia ꝫo cōmunia decipik sensus. sicut in magnitudine et figura iudicādo vt cū iudicat quis solez esse pedalē qui tamē maior est terra. Et multo magis decipik circa sensibilia p accidens. vt cum iudicat fel esse mel ꝓpter coloris similitudinē. ꝛ hui⁹ ratio est in cuidenti. qz ad ꝓprium obiectū vnaquecq; potentia ꝑ se ordinak fm ꝙ ipa. que aūt sunt hmōi semꝑ eodē mō se habēt. Unde manente

potentis nō deficit eius iudiciū circa ꝓprium obiectum. Obiectū aut̄ intellectus ꝓprium est quidditas rei. Uñ circa quidditat̄ rei nō fallit. Sed circa ea que circūstāt quidditat̄ rei falli potest dum vnū ordinat ad aliud. Uel cōponendo vel diuidēdo vel ratiocinando. Et ꝓpter hoc circa ullas ꝓpositiones intellectus errare nō potest. questatim cognoscunt cognita terminoꝝ quidditate. sicut accidit circa ꝓma principia. Circa ꝓclusiones tamē per accidēs ꝓtingit intellectū decipi. Circa ꝑticularem quidditatem in rebꝫ cōpositis ꝓtingit intellectū decipi. non ex parte organi. quia intellectus nō est vtēs organo corporali. sed ex parte cōpositiōis intervenientis circa diffinitionē. dū scz diffinitio vnius rei est falsa ꝺ alia sicut diffinitio circuli de triangulo vel dum aliqua diffinitio est falsa implicās compositionē incōpossibilium. vt si accipiat hoc vt diffinitio alicuius animalis irrationalis. rationale animatū. Uñ in rebus simplicibꝫ in quaꝝ diffinitionibꝫ cōpositio intervenire nō potest. nō potest decipi intellectus. sed deficim⁹ in attingendo. vt dicit ꝑbus ꝛ. metha. Error aūt in peccantibꝫ contingit ex applicatione rationis ad ꝑticulare.

Cū queritur vtrū .ſ. XIIII.

vnā ꝛ eandē rem vnus alio melꝰ intelligere possit. Respōdet. b. Tho. vbi. s. art. vij. q. intelligi aliquid melius vel magis abꝫ vno q̄ altero potest intelligi dupliciter. Uno mō q magis vel melius determinet actū intelligendi ex parte rei intellecte. ꝛ sic nō potest vn⁹ eādē rem magis intelligere q̄ alius. q. si intelligeret illā rem aliter q̄ sit. vel melꝰ vel ꝑfectius falleret ꝛ non intelligeret. Alio modo potest intelligi vt determinet actū intelligendi ex parte intellectꝰ. Et sic vnus pōt magis vel melius intelligere vnā rem q̄ alius. quia melioris est virtutis in intelligendo. Sicut etiā melius videt aliquid vnꝰ q̄ alius inquantū virtus pfectior videndi est in vno q̄ in alio. Sic etiā inuenit ꝑ experientiā vnus alio pfundius intelligere. Sicut pfundius intelligit qui aliquā ꝓclusionē potest reducere in ꝑma principia ꝛ causas primas q̄ q pōt reducere solū in causas ꝑximas. Contingit aūt hoc q scz vnus intelligat melꝰ altero duplici ex cā. Primo ex parte dispositiōis corpis. qz quāto est corpus melius dispositū. rāto meliorē sortit̄ animā qua mediāte melꝰ intelligit. Scō ꝓtingit hoc ex parte inferioꝝ virtutuꝫ quibꝫ intellectꝰ indiget ad sui operationē. Illi enī in quibus virtus imaginatiua. cogitatiua ꝛ memorariua. sūt melꝰ dispositi. sūt melꝰ dispositi ad intelligendū.

Si q̄ritur vtrū ꝑti- .ſ. XV.

us intelligat diuisibile q̄ indiuisibile. Respōdet beatꝰ Tho. vbi. s. ar. viij. q. indiuisibile aliquid dicit tripliciter. vt dicit in. de anima. Uno mō sicut ꝓtinuū indiuisibile. quia est indiuisiuū actu. licet sit diuisibile potentia. Et hmōi indiuisibile prius est intellectū a nobis q̄ eius diuisio que est ꝑ partes. qz cognitio ꝓfusa ꝓior est q̄ distincta. vt dicit̄ est. s. Scō mō dicit indiuisibile fm speciē. sicut ratio hominis est quoddā indiuisibile. Et hoc modo est etiā prius indiuisibile intellectū q̄ diuisio eius per partes rationis vt dictū est. s. Et iterū prius q̄ intellectus cōponat ꝛ diuidat affirmādo vel negādo. Et huius ratio est. quia hmōi indiuisibile dupliciter intellectꝰ fm se intelligit sicut ꝓtiū obiectū. Tertio mō indiuisibile dicit vt punctus ꝛ vnitas q̄ nec actu nec potentia diuidunt. Et hmōi indiuisibile ꝑ posterius cognoscit. Nam cognoscit per priuationē diuisibilis. Unde punctū priuatiue diffinit. Punctū est cuius pars nō est. Et similit̄ ratio vnius est q sit indiuisibile. vt dicit ꝛ. metha. Et ratio huius est. quia hmōi diuisibile habz quandā oppositionē ad rem corporalem cuius quidditatē primo et ꝑ se intellectus accipit.

Ad intellectꝰ no- .ſ. XVI.

ster intelligit corporalia q̄ sūt infra se. puta sūt abstracta a materia. id est vniuersalia ꝛ necessaria. Indirecte aūt intelligit etiā singularia cōtingentia ꝛ futura. ¶ Quantum ad primū sciendū fm. b. Tho. vbi. s. q. lxxvj. art. j. q singulare in rebꝫ materialibꝫ primo ꝛ directe intelligere nō potest. Cuius ratio est. quia principiū singularitatis in rebꝫ materialibꝫ est materie indiuidualis. intellectus autē noster vt dictū est intelligit abstrahēdo speciē intelligibilē ab hmōi materia. Ab aūt a materia indiuidua li abstrahit̄ est vniuersale. Unde intellectꝰ noster directe nō est cognoscitiuꝰ nisi vniuersaliū. Indirecte autē ꝛ q̄si per quandā reflectionē pōt intelligere singulare. quia sicut dictū est. etiā postq̄ species intelligiles abstraxerit. intelligit nō potest fm eas actu intelligere nisi ꝑuertēdo se ad fantasmata. in quibꝫ species intelligiles intelligit vt dicit tertio de aīa. Indirecte igit̄ intelligit singularia quoꝝ sūt fantasmata. Et hoc mō formatur hanc ꝓpositionē. Sortes est homo. Quod enī pōt virtus inferior vt sensus appᵱhendere singulare pōt ꝛ ſpior vt intellectus et eminentiori modo. Sed ꝛ vniuersalis ratio intellectus practici in electiōe nō mouet ad appetendum nisi mediāte ꝑticulari appᵱhensiōe partis sensitiue. ¶ Cōtingētia autem dupliciter possunt ꝓsiderari. Uno mō inquantū ꝓtingentia. Et fm hoc a sensu directe cognoscunt. ab intellectu aūt indirecte. Est enī vnūquodq̄ cōtingens ex parte materie. quia ꝓtingēs est qđ pōt esse ꝛ nō esse. Potentia aūt ptinet ad materiā. Materia aūt est indiuidua. omnis principiū. ꝛ ideo hic vt singularia indirecte intelliguntur. Alio mō possunt ꝓsiderari fm q in eis aliqđ necessitatis reperit. Nihil enī est adeo cōtingens quin in se aliquā necessitatē habeat. Sicut hoc ipm quod est sortē currere in se quidē cōtingens est. habitudo autem cursus ad motū est necessaria. Necesse est enī sortē moueri cū currit. Et fm hoc cognoscūt directe ab intellectu videlz. rōnes vniuersales ꝛ necessarie ꝓtingentiū. Unde si attendant rationes vniuersales scibiliū. oēs scientie sunt de necessarijs. Si attendant res ipse. sic quedam scientia est de necessarijs. quedā de contingentibꝫ.

Singulare materiale directe nō intelligit.

Indirecte intellectꝰ intelligit

Cōtingentia dupliciter pōt ꝓsiderari.

De cognitiōe fu- .ſ. XVII.

turoꝝ eodē mō ꝓsiderandū est. sicut ꝛ de cognitōe contingentiū. Nā ipsa futura sub ꝑte cadunt sunt singularia. que intellectꝰ humanꝰ nō cognoscet nisi ꝑ reflectionē vt dictū est. Rōnes aūt futuroꝝ possunt vniuersales esse in intellectu ꝑceptibles. ꝛ de eis possunt esse scientie. ¶ Sciendū tñ q futura dupliciter cognosci pōt. Uno mō in seipsis. Et sic cognosci nō possunt nisi a deo cui futura sunt ꝑsentia. inquantū. s. eius intuitꝰ eternus ferꝛ simᵱ supra totū ꝛpis cursum. Alio mō cognosci possūt futura in suis causis. ꝛ sic etiā a nobis possunt cognosci. ꝛ si ita sint in suis causis vt ex eis de necessitate ꝓueniant cognoscunt ꝑ certitudinē scientie sicut eclipsis ab astrologo. Si aūt ita sint in causis suis vt ꝓueniāt ex eis vt in pluribꝫ sic cognosci pōt ꝑ ꝓiectura vel magis vel minus certā. scōm q causa est magis vl minꝰ inclinata ad effectus hmōi. q autē aliquādo aīa cognoscat futura. hoc nō est fm naturā aīe. etiā cum alienat̄ a sensibꝫ. sed magis ꝑ impressionē causaꝝ aliquaꝝ ꝓpioꝝ vel virtute dei mediante ministerio angeloꝝ. sicut in ꝓpheris. vl virtute demonū sicut in diuinis ꝛ maleficis. vel etiā aliquādo ꝑ impressionē corpoꝝ celestiū. Ex impressione enī corpoꝝ celestium immutat̄ aliquādo fantasia. vt fiant aliqua signa imaginatiua futuroꝝ cuentuū. ad que se extendit virtus cor-

Fuit duplicat cognoscī pōt.

poz celestiū. z hec magis ꝓpiunk a dormiētibꝫ ꝙ̄ a vigilantibꝫ. Infinita aūt neq̄ in actu neq̄ ī habitu intellectus cognoscere pōt. qz in rebꝫ materialibꝫ quaz q̄dditas est obiectū ꝓpriū intellectus nostri. nō inuenit infinitum. vt dicit in. j. phisicoz. Sed in potēcia tm̄. qz nunq̄ pōt tot cognoscere quin adhuc plura possit ignoscere. Infinit⁹ aūt dicit deus sicut forma que nō est determinata p materiā. z ī statu vie a nob cogīci nō pōt ꝓter defectū intellect⁹ nr̄i qui nō intelligit nisi materialia. Sz in alia vita in gloria cognoscet perfecte.

Alia intellectiua .ℌ.xviii.

intelligit se z ea q̄ in ea sunt vel ab ea ꝓcedunt vt habitus. actus. intellectus z volūtatis. Et quantū ad primū Anima nō cognoscit seipam p essentiā suā sed p species intelligibiles sicut z alia. ¶ Pro cui⁹ declaratiōe dic. b. Tho. in prima parte. q. lxxxvij. arti. j. q vnūquodq̄ cognoscibile est fm q est in actu. nō fm qō est in potēcia. vt dicit in. ix. metha. Sic enī aliquid est ens z vez qō sub cognitiōe cadit. put est ī actu. z h̄ manifeste apparet ī sensibꝫ. Nō enī visus ꝓpie colorātū ī potēcia. sz coloratū ī actu. Essēcia igit dei q̄ est act⁹ pur⁹. z ꝓfectus ē simpliciter z ꝓfecte fm seipam intelligibil'. Unde deus p ēcia suā nō solū seipsum. sed etiā oīa alia intelligit. Angeli aūt essentia est quidē in genere intellectuū vt actus nō tamē vt actus purus z coplexus. Unde eius intelligere nō cōplet p essentiā suā. Quāuis enī angelus per essentiā suā se intelligat. nō tn̄ alia omnia a se p essentiā suā cognoscere potest. Sed p similitudines rez intelligibiliū. Intellectus human⁹ in genere intellectuū se habet vt ens in potencia tm̄. sicut z materia se habet in genere rerū sensibiliū. Unde z possibilis notatur. Et quia cōnaturale est intellectui nr̄o. vt ad materialia z sensibilia respiciat vt dictū est. s. Cōsequens est vt sic seipsum intelligat intellectus nr̄ fm qō sit actu p species intelligibiles a sensibilibꝫ abstractas p lumē intellect⁹ agent⁹: Nō ergo p essentiā suā sed p actū se cognoscit intellect⁹ noster. Et hoc dupliciter. Uno mō particulariter. fm q sortes vel Plato percipit se habere aiam intellectiuā. ex hoc q percipit se intelligere. Alio mō fm q naturā mētis ex actu intellect⁹ ꝓsideram⁹. Et ad istam scām cognitionē nō sufficit pscientia aīe. sicut ad cognitionē primo modo. Sed requirit diligēs z subtilis inq̄sitio. Unde multi naturā aīe ignorant z alij multi circa naturā aīe errauerunt. Quod aūt Augu. dicit in lib. de trini. q anima seipsam per seipsam cognoscit intelligit q in suipsius cognitionē venit sed p actum suū. ¶ Cognoscit intellectus habitus sed p actus. ꝓpoz. Pro cui⁹ declaratiōe dicat. b. Tho. vbi. s. arti. ij. q habitus est mediū interpotentiā purā z actū puz. Dicit aūt q nihil intelligit nisi fm qō est in actu. Sicut igit inquantū habit⁹ deficit ab actu perfecto. deficit ab h̄ vt nō sit pseipm cognoscibilis. sed necesse est vt p actū suū cognoscat. Siue dū aliquis ꝓpiat se habere habitū. p hoc q̄ ꝓpiat se pducē actum. ꝓprium illius habitus. Siue dū aliquis inq̄rit naturā z rōnem habitus ex ꝓsideratione actus. ¶ Si aūt obiciendo dicat illud qō. ꝓter vnūquodq̄. z illud magis. Sed res cognoscunt ab aīa p habit⁹. ergo multomagis habitus ab aīa debēt per se cognosci. ¶ Respōdet q regula ista ꝓter qō vnūquodq̄ ꝛc. Habet veritatem si intelligat in rebꝫ vnius ordinis. puta in vno genere cause. vt si dicat q sanitas sit ꝓter vitā sequit q vita sit magis desiderabilis. Sed si accipiat fm ea que sunt diuersoz ordinū nō habet veritatem regula illa. vt si dicat q sanitas est ꝓter medicinā nō ideo sequitur q medicina sit magis desiderabilis q̄ sanitas. quia sanitas est in ordine finiū. medicina aūt est in ordie causarū efficientiū. Sicut si accipiamus duo quoz vtrūq̄ sit p se in ordine obiectoz cognitōnis illud ꝓter quod aliud cognoscit erit magis notū. Sicut principia ꝓclusiōibꝫ Sed habitus inquantū habitus nō sunt de ordine obiectoz. nec ꝓter habitū alia cognoscunt sicut p obiectū cognitionis. Sz sicut ꝓter dispositionē vel formā qua cognoscens cognoscat. ¶ Cognoscit insup actū ꝓprium intellectus. Unūq̄q̄z enim cognoscit fm q est in actu. Ultima aūt intellectus pfectio est eius operatio. Nō enī est sicut actio tendēs in altez. que est pfectio operati sicut edificatio domus edificate. Sed manet in operante vt pfectio z actus eius. Ut dicit ix. metha. Hoc est ergo ꝓprium quod de intellectu intelligit actus eius. id est ipsuz eius intelligere. Sed in hoc est differētia ī ordine intellectuum. Nā intellectus diuin⁹ idē est in eo q intelligat se intelligere. z q intelligat suā essentiā. quia suū intelligere est sua essentia. In angelo aūt q̄uis aliud sit fm rationē q intelligat suū intelligere. z q intelligat suā essentiam. tamen simul in vno actu vtrūq̄z intelligit. quia h̄ quod est intelligere essentiā suā est ꝓpria pfectio essentie sue. simul aūt vno actu intelligit res cum pfectione sua. Intellectu ꝛo humano nec suū intelligere. nec ꝓpriz obiectū est essentia eius. sed aliquid extrinsecū. s. natura generalis. z ideo id quod primo cognoscit ab intellectu humano est obiectū eius secūdario cognoscit actus eius q̄ cognoscit obiectū. et p quē cognoscitur ipse intellectus. ¶ Cognoscit insup intellectus z actū volūtatis. actus enīm volūtatis nihil aliud est q̄ inclinatio quedā cōsequens formā intellectiuā. sicut appetitus naturalis est inclinatio sequēs formā naturalē. Inclinatio aūt cuiliber rei est in ipsa re p modū eius. Uñ inclinatio q̄ est appetitus sensibilis est in senciente. et similiter inclinatio intelligibilis q̄ est actus volūtatis est intelligibiliter in intelligente. sicut in principio z obiecto ꝓprio. Quod aūt intelligibiliter est in aliquo intelligente. ꝓsequens est vt ab eo intelligat. vnde actus voluntatis intelligit ab intellectu. z inquātū aliquis percipit se velle. et inquantū quis percipit naturā huius act⁹. z p ꝓsequens naturaz huius principij. q est habitus vel potēcia.

Qualiter aīa intelligit seipaz

Intellectus cognoscit ꝓprium actum

Actus voluntatis qualiter cognoscitur.

Qualiter cognoscit habitus.

Sūt aūt effectus .ℌ.xix.

Excusare metus hos posse pura quia vis sit. stupri si ue status verberis arcꝰ necis. Et hoc nisi postea ꝯsentiret. Talis etiã metus qui potest cadere incõstantẽ viz rescindere facit ꝓtractus. ¶ Dicit tñ Alber. in. iij. q̃ cõpulsus ꝑ metũ cadentẽ incõstantẽ viz cũ premisit aliquid alteri vbi est iudicium ꝑ quod potest inueniri defensio a iudice debet soluere ꝓmissum. s. quod de se non est malũ. vt dare centũ florenos ⁊ huiusmodi. Cõpetit enĩ actio ex lege ⁊ ex canone. ⁊ iudex debet restituere facere in integrũ. Sed si defectus sit iudicis tũc nõ debet soluere vt puto. Et hoc si iuramentũ nõ intervenit. nã tunc soluendũ est. Uel faciat ꝑ superiorẽ relaxare. Si aũt tam violauit iuramentũ nõ solnẽdo. veniens ad penitentiã nõ est cogendus ad dandũ promissum. sed penitẽtia iniũgenda de peccato. ¶ Ista etiam coactio ꝯditionata ⁊ si nõ impediat veritatẽ sacramentoz in suscipiente. impedit tñ effectũ secundanũ. s. gratiã. Qui enĩ suscipit baptismũ vel ordinẽ timore ne amittat vitã vel substantiam. alis nõ susceptus nõ recipit gratiã sed caracterẽ vnq̃ recipit. vt dicit ĩ glo. in dicto. c. ꝯ iudeis distin. xlv Idem Ray. ⁊ Tho. ¶ Et ꝙuis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiã coactione conditionali. vnde

dicit ō iudeis. Precipit sancta synodus nemini vim inferri ad credendū. Nō enī inuiti saluādi sunt. s. tales. sed volētes vt integra sit forma iusticie. dist. eadē. Tamē si qui coacti sunt p talē coactionē cōditionatam cogendi sunt ad seruandū fidē z regulas xpianorum. quā necessitate susceperunt. vt dicit in dicto. ca. de iudeis. Nō autem cogēdi sunt qui absoluta coactiōe sunt coacti. quia nil acceperūt. Que etiā fiunt ex ignorātia nō inuincibili. sed precedente ex negligētia que dicit crassa ignorantia. sunt inuolūtaria mixta. Et de his. xv. q. j. §. Sed hoc. Et. c. sequenti. Itē nō solū que fiunt coactione absolute sunt inuolūtaria simpliciter. Sed etiā que fiūt mente omnino alienata z ideo nō imputant ad culpā vl penā Unī Augu. Aliquos scim⁹ subito demētes factos. ferro fuste. morsibus. lapidibus. multos nocuisse. quosdā etiā occidisse. captos aūt industria in iudicijs oblatos minime reos factos. eo q nō volūtate sed impellēte vi. nescio quo. hec gesserūt nescientes. xxv. q. j. aliquos. Nec obstat c. si quis insaniēs. q. ca. Ubi penitētia dicit imponenda ei qui in insania fecit homicidiū. reuerso ad xpianum sensum. Hoc enī fit vt dicat ibi glo. ad cautelā. qz. s. forte nō roculter erat mente alienat⁹. ar. xxxiij. q. ij. in lectū. Et ne deserat ecclastica disciplina. vt. xxiij. q. v. excōmunicatorum. Joh. Nō aūt Gratianus dicit in sequēti. §. q tō penitētia inungit tali. quādo ex culpa sua incurrit insaniam. Et sic videt ei imputari aliquo mō. tūc dicit glo. Joh. q illa opinio Gratiani nō est approbāda. qz talis sanus ipso iure punit. iij. q. ix. c. Judicas. De volūtario simpliciter intelligit illud Amb. Illa cauēda sūt flagitia que ex nostra pdeunt voluntate delicta iuuētutis et irrationabiles corpis passiones. Quoz nos sum⁹ dñi principia extrinsecus nō requiram⁹. nec deriuem⁹ in alios. sed agnoscam⁹ que xpria nostra sunt. q possum⁹ non facere si volum⁹. Qui⁹ electionē mali pori⁹ nobis debemus asscribere. xv. q. j. Illa.

¶ De actibꝫ volūtatis ab ipsa de imediate dicitis. Et de ipo velle qui est prim⁹ actus. Laplm. iij.

DEinde videndū est

de actibꝫ voluntatis ab ipsa imediate elicitis

Mouet aūt volūtas in finē z in ea que sunt ad finē. Primo igit agendū de actibꝫ volūtatis ab ea elicitis. quibꝫ mouet in finē. z bi sunt tres. s. velle frui. z intendere. Deinde de actibꝫ volūtatis quibꝫ mouet in ea que sunt ad finē. Et bi sunt tres. s. eligere qō rñ precedit cōsulere. secūdus est ꝯsentire. tertius vti. Et ōntū ad primos actus sciendū q cū actus volūtarius primo sit respectu finis. Volūtas ipsa respicit finē tripliciter. Uno modo absolute. z sic dicit actus eius voluntas seu volitio. prout sc̄z absolute volum⁹ vel sanitatē vel si qd aliud est hmōi. Alio mō volūtas respicit finē. fm eam ꝯsiderationē qua in ipso quiescit. z talis actus voluntat⁹ dicit fruitio. Tertio modo ꝯsiderat finis put voluntas respicit ipm. fm q est termin⁹ alicui⁹ qō in ipm ordinat. Et actus voluntatis fm hāc ꝯsiderationē seu respectū dicit intētio. Nō enī ex hoc solū dicimur intendere sanitatem q volumus eam. sed qz volum⁹ per aliqō aliud ad eā puenire. vt p medicinā z hmōi. Nec. b. Tho. pma scē. q. xij. art. j.

Volūtas respicit finē tripliciter.

¶ Et ōntum ad primū actū voluntatis qui est velle. inspicienda sunt tria. Primū de quo sit voluntas. Secundū a quo moueat voluntas. Tertiū quo modo moueatur voluntas.

Quantū ad primū .§. I.

Velle est tm̄ de bono.

voluntas seu velle est tantū de bono. Unī Dyonisi⁹ dicit iij. c. de diui. no. q malū est preter voluntatē eo q oīa appetunt bonū. Sed bonū de quo est voluntas nō est semp verū bonū. Sed aliqñ verū. aliqñ apparēs bonū et actus peccati. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. prima secūde. q. viij. arti. j. q volūtas est appetitus rōnat. Omnis aūt appetitus nō est nisi boni. Huius ratio est Quia appetitus nō est aliud qz inclinatio appetētis in aliquid. Nihil aūt inclinat nisi in aliquid simile z cōueniens. Cū igit omnis res inqz̄tum est ens z substantia sit quoddā bonū necesse est vt omnis inclinatio sit in bonum. Et inde est qō pbs dicit in primo ethicoz. q bonum est q omnia appetunt. ¶ Sed ꝯsiderandū est. q cū omnis inclinatio ꝯsequat aliquā formā. Appetitus naturalis cōsequit formā in natura existentē. Appetitus aūt sensitiuus vel intellectu⁹ seu rationalis qui dicitur volūtas. consequit formā apprehensam. Sicut ergo id in qō tendit appetitus naturalis est bonū existēs in re ita id in quod tēdit appetitus animalis seu rationalis est apprehensum. Ad b ergo q volūtas in aliquid tendat nō requirit q illud sit bonū in rei veritate. sed q apprehendat in ratione boni. Propter hoc philosoph⁹ dicit. q philosoz. q finis est bonū vel apparēs bonū. ¶ Et licz eadē potentia sit oppositoz. Sicut visus est albi z nigri. nō tamē eodē mō. Sic volūtas est boni z mali. Sz ad bonū se habet illud appetēdo z ille actualr appetit⁹ dicit volūtas seu velle. Ad malū se habet volūtas fugiendo. z ipsa fuga mali magis dicit voluntas nō malus ipm. Volum⁹ enī nō malū sed fugere malū. z hoc hz rationē boni. Futura aūt et si nō sint in rerū natura. apprehendunt tamē sub ratione boni vt entia rōnis. sicut etiam sunt priuationes z negatiōes. vt nō loqui. nō ogari. que dicunt entia rationis. z sic in ens tendit voluntas. Unī z philosophus dicat in. v. ethicoz. q carere malo habet rationē boni. ¶ Volūtas put signat actū ipsius volitiue potentie. xpie est finis nō coz que sunt ad finē. Pro cui⁹ declaratiōe dicit. b. Tho. prima scē. q. viij. ar. ij. q voluntas quādoqz dicit potētia q volumus. qñqz dicit ipse actus voluntatis. Scōm ergo q volūtas nominat potentiā sic se extendit ad finē. z ad ea que sūt ad finem. Ad ea enī se extendit vnaquecz̄ potētia. in quibꝫ inuenit pōt quoq mō ratio sui obiecti. Sicut visus se extendit ad omnia que participāt quoquo mō colorem Ratio aūt boni quod est obiectū potētie voluntatis. inuenit nō solum in fine sed etiā in his que sunt ad finem Sed fm q volūtas nosat actū sic xpie loqndo est finis tantū. Cui⁹ ratio est q omnis actus denoīatus a potentia denominat simplicē actū illius potētie. Sicut intelligere nominat simplicē actū intellectus. Simplex aūt actus potentie tendit in id qō fm se est obiectū potētie. Id aūt qō xpter se est bonū z volitū est finis. Unde voluntas xpie est ipsius finis. Ea vero que sunt ad finem nō sunt bona vel volita propter seipsa. sed in ordine ad finē. Unde volūtas in ea nō ferk nisi quatenus fertur i finem. Unde bocipm qō in eis vult est finis. ¶ Actus voluntatis potest ferri in finē absqz hoc q ferat in ea q sunt ad finem. Sed in ea q sunt ad finē inqz̄tum hmōi ferri nō potest nisi feratur in finē. Unde vno actu fert⁹ vtrūqz. Hoc sic pbat. b. Tho. prima scē. q. viij. arti. iij. Cū finis sit fm se volitus. Id aūt quod est ad finē non sit volitū nisi xpter finē. manifestū est q volūtas potest ferri in finē. absqz hoc q ferat in ea que sunt ad finem. Sed in ea que sūt ad finē inqz̄tum hmōi voluntas ferri nō potest nisi ferat in finem. Sic igit volūtas in finē fertur dupliciter. Uno modo absolute fm se. Alio modo in ratiōe volēdi ea que sunt ad finē. Manifestū est ergo q vnus z idē motus voluntatis est quo fertur in finem. fm q est ratio volēdi ea que sunt ad finem et in ipsa que sunt ad finē. Sed alius actus est quo ferk in ipsum finem absolute. Et qñqz procedit tēpore. Sicut

Velle pōt esse finis

Ad finē ad ea q sunt ad finē quo habet voluntas

cum aliquis primo vult sanitatē. z postea deliberās q̄ modo possit sanari. vult cōducere medicū vt sanet. Explicitum. Quādocunq; videt color videt z lumen eodem actu. potest tamē videri lumē absq; hoc q̄ videat colorē. Et in executione quidē operis ea que sunt ad finē se habent vt media finis autem vt terminus. Sed in volitione est cōuersio. Nā voluntas p finē tangit p mediū deuenit ad volendū ea que sunt ad finē. Sic intellectus deuenit in conclusiones p principia que media dicunt. Unde sicut intellectus aliqñ intelligit mediū. z ex eo nō procedit ad cōclusionē z ambulās ad aliquem locum. aliquando p̄sistit in medio itineris. z nō peruenit ad terminū. Sic z voluntas aliquādo vult finē. z nō pertingit ad volendū id quod est ad finē.

Quantū ad scōm .§. II.

circa actū voluntatis. s. a quo sit ipse actus seu motus voluntatis. Ubi sciendū q̄ motus voluntatis est a deo vt a primo motore omniū. Est a potentia volitiua q̄tum ad exercitiū actus. fm rationē finis p̄cipue in volendo finem. quia p hoc q̄ vult finem mouet voluntas seipaz in volendo ea que sunt ad finē. Est z motus voluntatis ab intellectu ipsius volentis. vt a p̄sentante ei obiectuz suū quod est bonū apprehensum p intellectū. Est qñq; ab appetito sensitiuo vt a trahente ipm per passionem. sub apparentia boni. Et q̄tum ad primū q̄ actus voluntatis sit a deo. ostendit apostolus. Phil. ij. dicens. Deus est qui operat in nobis velle z p̄ficere. Pro cuius declaratione dicit btūs Tho. prima scōe. q. ix. arti. vj. q̄ sicut motū naturalē rei causare nō p̄t nisi qđ est aliqlis causa rei. vt q̄ lapis moueat deorsum. Nam cū mouet sursum per tactū hominis qui homo naturam lapidis nō causat motus ille nō est naturalis sed violētus. Ita etiā homo habēs voluntatē moueri possit ab aliquo qđ nō est causa eius vt ab alio homine p violentiā. motus tamē voluntatis eius q̄ sit ab aliquo extrinseco. quod nō sit causa eius est impossibile. Voluntatis aūt causa nihil aliud esse potest q̄m deus. Et hoc duplicit. Primo ex hoc q̄ voluntas est potentia anime rationalis. que a solo deo causat p creationē vt dictū est supra. Secūdo ex hoc p̄z q̄ volūtas habet ad vniuersale bonū ordinē. Omne aūt aliquid bonū p participationē dicit et est quoddā bonū particulare. Particularis aūt causa nō dat inclinationē vniuersalē. Unde nec materia prima q̄ est in potentia ad omnes formas potest causari ab aliquo particulari agente. Nec tamē sequit. q̄ cū homo vult malū. deus moueat voluntatē eius ad illud malū quia ipse est motor z vniūsale obiectū voluntatis q̄m fm beatū Thomā. vbi supra. Deus mouet voluntatem hominis sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectū voluntatis. quod est bonū. Et sine hac vniuersale motione homo nō potest aliquid velle. Sed homo per rationē determinat se ad volendum hoc vel illud quod est vere bonū z apparēs bonum. Sed interdū mouet specialiter deus aliquos ad aliquid determinate volendū quod est bonū. sicut in his quos mouet per gratiam.

Mouetur etiā voluntas ad actum suū ab intellectu Unde p̄bs dicit in. iij. de anima. q̄ appetibile intellectū est mouens nō motū. Volūtas aūt est mouens motū. Motū scilicet quia mouetur ab intellectu. Mouens quia mouet alias potentias. etiā ipm intellectū q̄tum ad exercitiū actus. id est ad intelligendū. Nō tamē mouet intellectus voluntatē ex necessitate. Unde Auguſt. tractans illud p̄s. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas ꝛc. ait. Preuolat intellectus. sequit tardus aut nullus affectus. Scimus bonū nec tamen delectat agere. Cuius ratio est fm. b. Tho. quia sicut imaginatio formę conuenientis vel nociui sine existimatione nō mouet appetitū sensitiuū. Ita nec apprehensio veri sine ratiōe boni nec appetibilis mouet voluntatē. Unde intellectus speculatiuus nō mouet. sed practicus. vt dicitur. in. iij. de anima. Pro maiori hoz declaratiōe dicit. b. Tho. prima scōe. q. ix. arti. j. Intantū aliquid indiget moueri inq̄tum est in potentia ad plura. Oportet enī vt id quod est in potentia reducat ad actum per aliquid quod est actu. et hoc est mouere. Duplex autem aliqua vis anime inuenit esse i potētia ad diuersa. Uno modo q̄tum ad agere et nō agere. Alio modo q̄tū ad agere hoc vel illud. Sicut visus quādoq; videt actu. z quādoq; nō videt. et quādoq; videt album. quādoq; nigrū Indiget igit mouēte q̄tum ad duo. scilicet q̄tum ad exercitiū z vsum actus. z q̄tum ad determinationē actus. Quoz primū est ex parte subiecti quod inuenit qñq; agēs quādoq; nō agens. Aliud est ex parte obiecti fm q̄ specificat actus. Motio aūt ipsius subiecti est ex agente aliquo. Et cū oīe agēs agat ꝓpter finem principium huius motionis est ex fine. Et inde est q̄ ars ad quā pertinet finis mouet artē ad quā pertinet id quod est ad finem suo imperio. sicut gubernatoria ars imperat nauifactiue. Bonū aūt in cōmuni quod habz rationē finis est obiectum voluntatis. Et ideo ex hac parte volūtas mouet alias potentias anime ad suos actus vtimur enim et alijs potentijs anime cū volumus. Nam fines z perfectiones omniū aliaz potentiaz comprehendunt sub obiecto voluntatis. sicut quedā particularia bona. Semper enī ars vel potentia ad quam pertinet finis vniuersalis. mouet ad agendū artem vel potentiā ad quā pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus. Sicut dux exercitus qui intendit bonum cōmune fm ordinē totius exercitus mouet suo imperio aliquez ex tribunis. qui intendit bonū vnius acietis. Obiectū autem mouet determinādo actum ad modū principij formalis. a quo in rebus naturalibz actio specificat. sicut calefactio a calore. Primū autem principiuz formale est ens z verum vniuersale. quod est obiectum intellectus. Et ideo isto modo motionis intellectus mouet voluntatem. sicut representans ei obiectum suū. Mouetur voluntas etiam ad actū suum a seipsa. Cum enī sit domina sui actus z ipsius sit velle z nō velle quod nō esset si nō haberet in potestate sua mouere seipam ad volendum. sequit q̄ a seipa mouetur. Unde dicit Ecclesiast. xv. Posuit deus ante illū. scilicet hominē bonū z malū ad quodcunq; voluerit extendat manū suam. Pro huius declaratione dicit bea. Tho. prima scōe. q. ix. art. iij. Ad voluntatē pertinet mouere alias potētias ex ratione finis. qui est obiectum voluntatis. Sed hoc modo se habet finis in appetibilibus sicut principiū in intelligibilibus. Manifestū est autem q̄ intellectus per hoc q̄ cognoscat principium reducit seipm de potentia in actum q̄tum ad cognitionē cōclusionum. Et hoc modo mouet seipm. Et similiter voluntas per hoc q̄ vult finem mouet seipam ad volendū ea que sunt ad finem. Non autē eodem modo mouetur ab intellectu z seipsa Sed ab intellectu mouet fm rationē obiecti. inq̄tum ipsum sibi representat. A seipsa mouet fm rationē finis inq̄tum vult ea que sūt ad finez ꝓpter finē. Nec fm idē voluntas mouet z mouet. sed fm diuersa. quia cū vult finem est quidē in actu voluntas quo ad finē. In potētia autē quo ad illa que sunt ordinata ad illū finē. Cum aūt vult actu ea que sunt ad finē. reducit se de potētia in actū respectu illoz. et sic vt mouēs est inq̄tum vult finem. vt mota inq̄tum vult ea que sunt propter finē. Mouet voluntas ad actū suū quandoq; ab appetitu sensitiuo. sicut ab alliciente. Unde Jaco. i. dicitur.

Volūtas etiam mouet seipaz

Volūtas mouet ab appetitu sensitiuo

Unusquisq; tempt̃at a concupiscentia sua abstract⁹ et illectus. Nō enī abstraheretur quis a cōcupiscentia nisi volūtas eⁱ⁹ moueretur ab appetitu sensitiuo in quo est concupiscentia. ¶ Pro huⁱ⁹ declaratiōe dicit bea. Tho. prima secūde. q. ix. arti. ij. q̄ id quod appr̃ehēditur sub ratione boni ⁊ cōuenientis mouet voluntat̃e p modum obiecti. Quod aūt aliquid videatur bonū ⁊ conueniēs ex duobus cōtingit. scilicet ex conditiōe eius. quod p̄ponitur. et eius cui p̄ponit̃. Conueniēs enī fm relationem dicitur. vnde extrocq; extremo dependet. Et hinc est q̄ gustus diuersimode dispositⁱ⁹ nō eodē modo accipit aliquid vt cōueniens et vt non cōueniens. Unde et phs dicit. in. iij. etheoz. Qualis vnusquisq; est. talis finis videtur ei. Manifestū est aūt. q̄ fm passionē appetitus sensitiue imutat̃ homo ad aliquā dispositionem. Unde fm q̄ homo est in passiōe aliqua videt̃ aliquid ei vt conueniēs. quod nō videtur eidē extra passionē existenti. sicut irato videtur quod non videtur quieto. Et per hunc modū ex parte obiecti appetitus sensitiuⁱ⁹ mouet voluntat̃e. ¶ Et cuius voluntas sit p̄stantior appetitu sensitiuo simpliciter loquēdo. ⁊ agens ⁊ mouens sit naturaliter p̄stantius patiēte ⁊ moto. fm Augustⁱⁿ. tamē quo ad illū in quo passio dominat̃ appetitus sensitiuus est p̄stantior voluntate. ⁊ ideo volūtas vt mota et patiēs subiacet appetitiui sensitiuⁱ. Et cuius voluntatis actus sit vniuersalis. quia sequit̃ apprehensionem intellectus qui est vniuersaliū. tamē quia actⁱ⁹ et electiones hominū sunt circa singularia. Inde est q̄ q; appetitus sensitiuⁱ⁹ est virtus particularis. quia sequit̃ apprehensionē sensus qui est particulariū rerū. habet magnā virtutē ad hoc q̄ sic disponat̃. vt ei aliquid videat̃. sic vel aliter circa singularia. ¶ Mouet̃ etiā quandoq; voluntas a rebus sensibilibus sibi p̄positis exteriⁱ⁹. Nam voluntas mouet̃ ab obiecto. Sed obiectū voluntatis potest esse aliqua res exterior sensui p̄posita. sicut Bersabee visa a Dauid mouit voluntatē eius ad concupiscendum. Unde ⁊ Johan. dicit prima epla. Nolite diligere mundū neq; ea que in eo sunt. scilicet sensibilia. Dilectō est actus volūtatis. Mouent ergo ista exteriora voluntatem sicut obiecta. nō de necessitate. Nec etiā mouēt eo modo quo mouet̃ volūtas. cuius ad exercitium actus. ab aliquo exteriori agente ⁊ imp̄imente in ipam voluntatē et influente. Sic enī a solo deo mouet̃. non aūt ab angelis etiā bonis ¶ Quāuis enim angelus operet̃ in intellectū hominis. cōfortando lumē ipsius ⁊ illustrando fantasmata. nō tamē operat̃ in voluntatē mouendo ipsam. ¶ Sed nec a corporibus celestibus seu plancris pōt moueri volūtas directe. Nec in ipam possunt imp̄imere vel operari directe. Et ratio est fm beatū Tho. prima secūde. q. ix. arti. v. Quia nullū corpus potest agere ī rē incorpoream. sed econuerso. Intellectus et volūtas sunt potētie anime que nō sunt affixe organis corporeis. sed sunt pure imateriales ⁊ ideo impossibile est vt vllum corpus celeste directe imp̄imat intellectū vel voluntatem. Indirecte possunt imp̄imere inq̄tum videlicz voluntas moueri potest ad aliquid ab appetitu sensitiuo per passiones eius. In appetitū aūt sensitiuū sicut et ī alias vires sensitiuas imp̄imere possunt corpora celestia. quia affixe sunt organis corporeis. Que organa corporis sicut ⁊ ipsa corpora omnia inferiora subiacent influentijs ⁊ impressionib⁹ corporum celestiū. Sicut autem voluntas ipsa nō cogitur ad sequendū appetitum sensitiuum. cuius instigetur. sed libera est. Nec etiā cogitur ad appetendum ipsa sensibilia que p̄ponuntur in que habēt impressionē et operationē corpora celestia. Ita nō cogitur a cōstellationib⁹ ⁊ influentijs corporuz celestium ad volendum.

Volūtas mouetur a reb⁹ sensibilib⁹

2. Reg. c. 2

De tertio videlicet .ℌ.m.

de modo quo mouet̃ volūtas ad actū suū. Sciendū q̄ mouet̃ ad quedā de necessitate ⁊ naturaliter. vt ad volē dum bonū in cōmuni. ⁊ vltimū finem seu beatitudinez et q̄ue conuenit̃ alijs potentijs. vt cognitionē veri que cōuenit intellectui. ⁊ esse et viuere et alia hmōi que respiciunt consistentiā naturalē. Ad quedam alia mouet̃ cō a diuer tingenter ⁊ nō naturaliter. vt ad omnia alia. ¶ Pro ho diuersi rum declaratiōe dicit bea. Tho. prima secūde. q. x. arti. ij. de mo Quod volūtas mouet̃ dupliciter. Uno modo q̄tū ad exercitiū actus sc̄z ad velle ⁊ nō velle. Alio modo q̄tum ad specificationē actus. sc̄z ad velle hoc vel illud. Primo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouetur. potest enī aliquis de quocunq; obiecto nō cogitare. ⁊ p̄ consequens nec actu velle illud. Sed q̄tum ad secūdū motionis modū volūtas ab aliquo obiecto ex necessitate mouet̃ ab aliquo aūt nō. In motu enī cuiuslibet potentie a suo obiecto considerāda est ratio per quā obiectum mouet potentiā. Uisibile enim mouet visum sub ratione coloris actu visibilis. Unde si color p̄onat̃ vi sui ex necessitate mouet visum. nisi aliquis visum auertat quod pertinet ad exercitiū actus. Si aūt p̄ponet̃ retur aliquid visui. quod nō omnib⁹ modis esset color ī actu. sed fm aliquid esset tale. et fm aliquid nō tale non ex necessitate visus tale obiectū videret. posset enī nō intendere in ipm ex ea parte qua nō est coloratū in actu. ⁊ sic ipm nō videret. Sicut aūt coloratū in actu est obiectum visus. ita bonū est obiectū voluntatis. Unde si p̄ ponat̃ aliquod obiectū voluntati quod sit vniuersaliter bonū. ⁊ fm omnē considerationē ex necessitate volūtas in illud tenderet si aliquid velit. Nō enī potest velle oppositum. Si aūt p̄ponat̃ ei aliquod obiectū quod non fm omnē cōsiderationē sit bonū nō ex necessitate volūtas ferē in illud. Et quia defectus cuiuslibet boni habet rationē nō boni. ideo id solū bonū quod est p̄fectum et cui nihil deficit. est tale bonū quod volūtas nō potest nō velle. quod est beatitudo. Alia aūt particularia bona inq̄tum deficiūt ab aliquo bono possunt accipi vt nō bona. ⁊ fm hanc p̄sideratiōnē possunt repudiari vel accipiari a volūtate. que potest in idem ferri fm diuersas considerationes. Sicut enī intellectus de necessitate moueturab obiecto q̄ō est semper et ex necessitate verū nō ab eo q̄ō potest esse verū ⁊ falsum. sc̄z a cōtingente. Sic et voluntas a bono p̄fecto. cui nihil deficit. vult etiā de necessitate ea que sūt ad finē. sine quib⁹ finis haberi nō potest vt esse. viuere ⁊ hmōi. ¶ Et que vult homo ex ne Ea q̄ h cessitate vult etiā naturaliter. Quāuis enī voluntas vi mo vlt uidat cōtra naturā sicut vna causa cōtra aliā quedam necessit enim fiūt naturaliter ⁊ quedā voluntarie. Et al⁹ mod⁹ te vult causandi est p̄ius volūtati. que est dña suoz actuū. et habet viam ad opposita. Alius modus causandi est p̄ius nature. que est determinata ad vnū nec habet viam ad oppositum. Tamen quia voluntas in aliqua natura fundatur. necesse est q̄ modus p̄opius nature q̄tum ad aliquid participetur a volūtate. sicut quod est p̄oris cause participatur a posteriori. Est autem ī vna quaq; re primū ipsum esse quod est per naturā. q̄ velle quod est per voluntatem. Et inde est. q̄ voluntas aliquid vult naturaliter. ⁊ ita determinate. q̄ nō habet viam ad oppositū. vt beatitudinem bonū in cōmuni esse viuere. Et dicit̃ hic naturale fm q̄ natura dicit̃ quidlibet substātia. ⁊ quodlibet ens. Et fm hoc dicit̃ naturale rei quod cōuenit ei fm suā substantiā. ⁊ hoc est quod per se inest ei. Et sic accipiēdo semp p̄cipitū in his q̄ cōuenit̃ rei. oportet q̄ sit naturale. ⁊ hoc apparet ī intellectu. Nam p̄incipia naturalis cognitionis sunt natu

raliter nota. Similiter ꝓncipiū volitiuoꝝ oportꝫ q̄ sit aliquid naturaliter volitum. et hoc est bonū in cōmuni et vltimus finis. ¶ Motus volūtatis cū sit a deo vt a primo mouēte: nō tamē est motus necessarius ille sed cōtingens: nisi bis q̄ naturaliʒ vult. de q̄bus dictum est Unde Ecclesiast. xv. dicitur: q̄ deus ab initio constituit hoīem z reliq̄t cū in mānu consilij sui. scz ad volendum vel nō volendū hoc vel illud. ¶ Pro cui⁹ declaratiōe dicit beat⁹ Tho. ꝓma secūde. q. x. art. uij. Ut dicē dyonisi⁹ Ad puidentiā diuinā nō ꝓtinet corrumpe naturaꝝ rez sed seruare. Uñ mouet omia scōm eoꝝ cōditionem. ita q̄ ex causis necessarijs per motionē diuinā sequuntur effectus ex necessitate. Ex causis aūt ꝓtingentibus cōsequūtur effectus cōtingenter. Quare igit volūtas est actuū principium nō determinatū ad vnum sed indifferenter se habens ad multa. sicut deus ipsaz mouet q̄ nō est ex necessitate ipam determiat ad vnum: sed remanet motus eius cōtingens et non necessarijs: nisi in his ad que naturaliʒ mouetur. Sed ab appetitu sensitiuo cum mouetur volūtas: non mouet ex necessitate. Nam si talis est passio in appetitu sensitiuo: q̄ tollat totaliter vsum rationis. vt in freneticis et amentibus. tūc actus talis hois nō est actus volūtatis: sed similis bruoꝝ actibus. Sed nō totaliter absorber rationē passio sicut cū remanet aliquo modo iudiciū rationis liberū sic et motus voluntatis. Unde nō necessario mouetur ab appetitu per passionē. ad quod facit quod dicit Genesis. iij. c. Sub te erit appetitus eius: et tu dominaberis illius.

¶ Capitulum Quintum. De secundo actu voluntatis qui dicitur frui.

Frui est secūd⁹ actus

felicitus a volūtate. Ubi notandū fm bēm Tho. prima secūde. q. xi. q̄ visio dei inquantum est visio est actus intellectus. Inquātum autem est bonū et finis est voluntatis obiectū. z hoc modo est eius fruitio. Et sic hunc finē cōsequit intellectus vt potentia attingēs. volūtas tanq̄ potentia mouens ad finem z fruens fine tam adepto. ¶ Item nota fm Tho. vbi supꝝ: q̄ in delectatiōe quā importat fruitio duo sūt scz perceptio cōuenientis que pertinet ad apprehensiuaz potentiā: z complacentia eius quod offertur vt cōueniens. et hoc pertinet ad appetitiuā in qua ratio delectationis perficitur. ¶ Pro quoꝝ declaratiōe dicit beatus Tho. in ꝓmo Sentētiaꝝ. dis. i. Ubi diffuse tractat ista materia etiā in textu. q̄ fruitio cōsistit in optima operatione hoīs: cum fruitio sit vltima felicitas hominis. Felicitas aūt nō est in habitu sed in operatiōe fm philosophū. Optima aūt operatio hoīs est opatio intellectus ad nobilissimū obiectum quod est deus. Unde ipsa visio diuinitatis ponitur tota substantia nostre beatitudis. Juxꝝ illud Johā. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te z̄. Ex ipsa aūt visione cū ipm visum nō videat ꝓ similitudiē sed p essentiā. efficit quodāmodo intra videntē z ita est cōprehensio que succedit spei cōseqns visionē que succedit fidei. sicut z spes q̄dāmodo generat ex fide. Et ex hoc q̄ ipm visum receptū est intra videntē: vnit sibi ipsum videntē vt fiat quedaz mutua penetratio p amorē. Sicut dicit. i. Joh. uij. Qui manet in caritate: in deo manet z̄. Ad vnionē aūt maxime cōuenientis sequit summa delectatiō. Et in hoc pficitur nostra felicitas quā nomiat fruitio. Ex parte sui complementi magis q̄ ex parte ꝓncipij. cū includat in se q̄ndam delectatiōem. Et ideo ipsa fruitio est actus voluntatis. et fm habitū caritat⁹: cuius fm ordinē ad habitꝰ et potentias pcedentes. Quāuis enī ꝓueniāt ad fruitionem pdicta tria. scz visio. comprehensio: z amatio. perficiamen ipsa in amore. Et alie q̄dem virtutes cōiungunt nos deo p modū meriti z dispositiōis. caritas p modū perfecte vniōis. ¶ Dant aūt diuerse diffinitiones eius fm diuersos respectus. Et ꝓma est q̄ frui est amore inherere rei ꝓpter se. Hoc datur per cōparatiōem ad obiectum z habitū elicientē actum. Alia est Augustini dicentis. Fruimur cognitis in quibꝰ voluntas delectata cōquiescat. Hec datur per cōparationē ad potentiā cuius est actus: scōm ordinem ad potentiam precedentem: scz cognitionē q̄ pertinet ad intellectū. Tertia est q̄ frui est cum gaudio vti nō spe. scz rei tā habite. Hec dat p cōparatiōez ꝓsequentē actū inchoatū est ꝓfectū. s. gaudium de re habita. Nec est incōueniens q̄ de vna re dentur plures diffinitiones fm diuersas causas vel proprietates. Quando autem exprimeretur totum esse rei fm omnes causas eius: tūc diffinitiones pdicte nō essent nisi vna. Diffinit frui.

Quo fruendum sit .§. I.

Ad quod dicendū scōm beatū Tho. vbi supra: q̄ frui aliquo dicit tripliciter. Uno modo sicut obiecto. Et hoc modo solo deo fruendum est. Et sic dicit Aug⁹. q̄ fruendū est solū illis rebꝰ q̄ nos beatos faciunt. scz ꝑsonis diuinis patre z filio z spūsancto. quia ad bonitatē ipsius dei ordinat tota bonitas vniuersi: sicut bonitas totius exercitus ad bonū ducis. Secūdo modo sicut habitu eliciente actū fruitiōis. Et hoc mō beatitudine creata z caritate fruendū est. Deus enī facit btōs effective: dando seipm z causando ipam beatitudinē. Beatitudo autem creata formaliʒ facit beatū. sicut albedo facit album. Tertio modo fruimur aliquo sicut instrumēto fruitiōis et hoc modo fruimur potētia cuius fruitio est actus. Triplicit aliq̄ diciꝫ mur frui.

¶ Quia vero hūanitas christi nō est finis vltim⁹. ideo in visione eius nō est ꝓprie fruitio: sed quoddam accidentale gaudiū: z nō substātialis beatitudo. ¶ Homie autē quocūq̄ sancto nō est fruēdū simpliciter: scz in deo Juxꝝ illud q̄ ait apostolus ad Philemonē. Fruar te in christo. Ubi autem cum homine in deo frueris magis deo q̄ homie fruer̄. Et sic fm be. Tho. ibi obiectū fruitionis est de⁹. conrepsentās ipm obiectū p similitudinem gratie in q̄ habitat de⁹. Peccatore aūt nō est fruendus in deo: q̄ nō est in eo gra q̄ facit deū inhabitare. quare q̄dē est exemplar expressum ipsi⁹ summe bonitat⁹ q̄ fruendū est. Et mīra min⁹ creatura irrōnalis fruendū est. Nō enī sufficit ad hoc similitudo imaginis vel vestigij sed requiritur similitudo gre. ¶ Triby aūt ꝑsonis diuinis est vna fruitione fruendū. Nul⁹ ratio est duplex fm bea. Tho. vbi supra. Prima ex parte essentie. Obiectū enī fruitionis est summa bonitas. Uñ fruitio respicit vnāquāq̄ ꝑsonaz prout est summū bonum. Unde cum eadē nūero sit bonitas trium ꝑsonaꝝ eadem erit z fruitio. Alia vero sumitur ex parte ꝓprietatū. Sicut enī dicē pbs. qui cognoscit vnū relatiuoꝝ cognoscit z reliquū. Et sic cum tota fruitio originet ex visione vt dictum est. qui fruitur vno relatiuoꝝ inquātuz huiusmodi: fruitur z reliquo. prima ratio melior. Triū ꝑsonarū vna est fruitio

Quorum fit fruitio .§. II.

Rūdeo fm be. Tho. vbi. s. Fruitio ponit q̄ndā delectationē in fine. Delectatio aūt nō pōt esse nisi in cognoscente Et iō cū creature insensibiles nō cognoscant. nō delectant nec fruunt. Quāuis tamē oīe desiderium sequat cognitiōem. desiderium tamē creature insensibilis quod ē eius inclinatio rationalis non sequit cognitionē in ipa existentē fm cognitiōem primi motoris. Item fruitio ꝓprie loquendo est tm vltimi finis. bruta aūt vltimū finē nō apprehendūt nec finē proximū possunt ordinare Frui non conuenit create insensibili.

ad finem vltimū cum careant rōne cuius est ordinare. Unde nō proprie fruunt. Similiter peccatōr ponit vltimū finem suū in eo in quo nō est. Unde cū verum finē nō habeat nō fruitur vere. Quāuis enim talis aliquādo faciat aliquid ꝓpter deum. tamen quia aliquid diligit habitualiter supra deū: et si nō actu semper. ideo nō fruitur deo sed illo ad quod omia ordinat pecuniaz videlicz gloriam. venereā delectationem: z huiusmodi.

Ulterius fruitio dicit delectiōem in fine. Unde perfecta fruitio nō est nisi perfecta delectatio: que eē nō potest ante cōsecutionē finis. Un iustus homo in mūdo nō pfecte fruit. Sed sancti in patria vere z ꝓprie z perfecte fruūtur. Magister in. ij. Sniaz dist. i. Fecit deus rationalē creaturam vt summū bonum intelligeret. intelligendo amaret. amādo possideret. possidēdo frueret Deus autē perfectissime seipso fruit. Unde Gregorius dicit: q deus gloriosus est. quia dū seipso fruit acceden tis laudis indigens nō est.

Capitulum Sextum. De intentione que est tertius actus voluntatis.

De intentione que est

tertius actus elicitus a voluntate. Hanc cbr istus vocat oculum dicens. Luc. xi. et Ma

Intētio ē oculus

thei. vi. Si oculus tu⁹ fuerit simplex. id est intētio recta totū corp⁹ tuū. id est opus inde sequēs lucidum erit. Quāuis autē oculus sit instrumentū visiue potentie q̄ est appbenliua potentia. nō tamē intētio ē actus intellectus sed volūtatis. Dicitur aūt oculus intentio: quia cognitionē presupponit p quā proponit volūtati finis ad quē mouet. Sicut oculo pūdemus quo tendere debeamus. Tho.

Intētio ē actus voluntatis.

O, autem intentio sit actus volūtatis beatus Tho. prima secūde. q. xij sic declarat ar. j. Intentio sicut ipsum nomē sonat: signat in aliq̄d tendere. In aliquid autē rendit z actio mouētis z motus mobilis. Sed q̄ motus mobilis in aliquid tendat ab actione mouentis procedit. Unde intentio primo z principaliter pertinet ad id quod mouet ad finē. Unde dicimus archytectōrē suo imperio mouere ad id quod ipse intēdit. Et idem est in omni ꝑcipiente aliquid. Voluntas autem est que mouet omes alias vires anime ad finem. Et sic patet q̄ intētio est actus volūtatis proprie.

Intēdere q̄d ē z cui cōuenit.

Est autem proprie z principaliter intēdere scōm bea. Tho. prima secūde. q. xij. arti. vij. Intendere finē p:out scilicet ordinat motū alicui⁹ vel alterius in finē. Ordinare autem aliquid in finē est actus rōnis tantū. z quia bruta ratione carent. ideo nō proprie dicūtur intēdere seu habere intentiōem. Sed large sumēdo intēdere fm id q̄d mouet ad finē ab alio dicit intendere finem sicut natura dicitur intēdere finē quasi mota ad suū finem a deo. sicut sagitta a sagittante: z sic bruta intendūt finem: inquātum mouētur instinctu quodaz naturali ad aliq̄d. Non q̄ considerent q̄ per motū suū possint consequi finem: quod est proprie intendentis. Sed quasi concupiscētes finem naturali instinctu mouent ad finē quasi ab alio mota: z cetera que naturaliter mouentur.

Intētio nō solū est vltimi finis

Intentio aūt nō solum est vltimi finis sed et aliorū finiū. Cum enī vltimus finis humanorū volūtatum sit beatitudo. et per consequēs vnus finis. Si intentio esset tantū vltimi finis nō essent diuerse hominū intentiōes quod patet esse falsum. Pro cuius declaratiōe dic bea. Tho. ꝓma secūde. q. xij. arti. ij. q̄ intentio respicit finem fm q̄d est termin⁹ motus respectu voluntatis. In motu aūt potest accipi termin⁹ dupliciter. Uno modo terminus vltim⁹ in quo quiescitur: qui est terminus totius motus. Alio mō mediū quod est ꝓncipiū vnius partis motus et termin⁹ vel finis alteri⁹. sicut motus de quo itur de a. in c. per b. C. est terminus vltim⁹. b. autem est termin⁹ sed nō vltimus: z vtriusq̄ pt esse intentio. Uñ et si intentio semp sit finis. nō tamē oportz q̄ semper sit vltim⁹ finis.

Intentio etiam pōt esse pluriū simul.

Intentio etiam pōt esse pluriū simul. Quod sic declarat beat⁹ Tho. vbi. s. ar. iij. Aliqua duo possunt accipi duplicit: vel ordinata ad inuicē: vel ad inuicē nō ordinata. Et siqdem fuerint ad inuicem ordinata: manifestū est q̄ homo potest simul plura intendere. Est enī intentio nō solū finis vltimi: sed etiam finis medij vt dictum est. Simul autē intēdit aliquis in finē vltimū z ꝓximū sicut cōfectionem medicine. Si aūt accipiant duo vt nō ordinata ad inuicē.

Sic etiam pōt homo plura intēdere.

Sic etiam pōt homo plura intēdere. Quod patet ex hoc q̄ homo vnū alteri ꝓelegit quod melius est. Inter alias aūt conditiōes quib⁹ vnū melius est altero est: q̄. valet ad plura. Unde potest aliq̄d ꝓelegi alteri ex eo q̄ valet ad plura. Et sic ꝓz māifeste q̄ homo plura intēdit.

Quod aūt Aug⁹. dic: q̄ homo nō potest simul deum et corpale cōmodū intendere. intelligit vt vltimos fines: q̄ nō possunt esse hominis plures vltimi fines. Intentio finis z volūtas eius quod est ad finē aliquo mō est vnus z idē motus. Aliq̄ modo nō. Qō sic declarat bea. Tho. vbi supra. ar. iij. Motus volūtatis in finez et in id q̄d ad finē potest cōsiderari dupliciter. Uno mō fm q̄ volūtas fert in vtrūq̄ absolute z fm se. et sic simpliciter sunt duo motus volūtatis in vtrūq̄. Alio mō potest cōsiderari fm q̄ volūtas fertur in id q̄d est ad finem ꝓpter finē. Et sic vnus z idem subiecto motus voluntatis est rendēs in finē z ad id q̄d est ad finem. Cuz enī dico volo medicinā ꝓpter sanitatem nō designo nisi vnū motum volūtatis. cui⁹ ratio est: q̄ finis est ratio volendi ea que sūt ad finē. Idem aūt actus cadit super obiectū z sup rōem obiecti. sicut eadē est visio coloris et lumis. z simile est ī intellectu. qui si absolute cōsideret ꝓncipium et cōclusiōem: diuersa erit cōsideratio vtriusq̄. In hoc autem q̄ cōclusioni propter principia assentit. est vnus actus intellectus tantū. In hoc autem differt ab electiōe. quia inquātum motus volūtatis fertur in id quod est ad finē: p:out ordinat in finē est electio. Motus aūt volūtatis qui fertur ad finē. put acquirit ea que sunt ad finē: vocatur intētio. Cui⁹ signū est q̄ intētio finis esse potest. etiam nōdum determinatis his que sunt ad finē: quoꝝ est electio.

De intentione loquit. §. I.

Psalmista psalmo. cxviij. docens nos suo exemplo ea rectificare dicens: Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatiōes tuas in eternū: ꝓpter retributiōem. Intentio siquidem vt ait Amb. opera tuo nomē impōit. Nam cui⁹ finis bon⁹ est: eius quoq̄ op⁹ bonū est: z ecōtra fm pbm. Unde saluator ait Luc. xi. Si oculus tu⁹ fuerit simplex totū corpus tuū lucidū erit. Oculus intētio dicit q̄ respicit finē seu ea q̄ sunt ad finē respectu finis. Simplex aūt dicitur cū solū intēdit vltimū finē sine duplicitate vel alia mixtura. z rūc totū corpus. id est ogeries operis inde sequētiū lucidū est. i. gratiosum. Quatuor autem reqruntur ad hoc vt oculus sit simplex z rectus. i. intētio nonq̄ que norant in p̄dicto versu psal. Et primū est q̄ ipa intentio sit separata ab arrogatiōe tbi. Inclinaui cor meuz. Secundū est q̄ sit sequestrata a deceptiōe. ibi. ad faciendas iustificatiōes tuas. Tertiū q̄ sit imaculata sine mortali infectione. ibi. in eternum. Quarum q̄ sit determinata in perfecta felicitatione. ibi. propter retributionē. Primo ḡ debet intentio ad hoc vt sit recta esse separata ab arrogātia. vt sez ꝑ quis quis operet opa de genere bonoꝝ ꝓpter gliam ꝓsequendam. nō hoc intendat tanq̄ deus debeat sibi retribuere ipsam gloriam

Ad intentionem rectam requruntur

ex debito necessitatis: seu ex condigno. quia vt sit apostolus ad Romãos. viij. Non sunt cõdigne passiones huius temporis ad futurã gloriam que reuelabit in nobis: nec etiam q̃cunq; actiões. Et ratio huius est: quia sicut creatura est virtutis finite. ita et meritũ operis et gloria aũt dei est pmiũ infinitũ. Finitum aũt nõ potest per se attingere ad infinitũ. Debet ergo quilibet intẽde re et credere q̃ principaliter deus ex sua largitate dabit sibi gloriam bñ facienti. Iuxta illud ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna sc̃z habeẽ. Gratia aũt gratis datur. Hoc aũt notat psal. cum ait. Inclinaui cor meũ. i. humiliaui expectans retributionẽ a dño non ex operib⁹ iusticie q̃ me feci: sed scõm suam misericordiã. ¶ Debet secundo intentio esse sequestrata a deceptõe. vt videlicz non faciat ea que de se sunt mala. ꝓpter aliquẽ finem apparentem bonũ. Hoc enĩ esset decipere seipsum. Nam vt ait aplis ad Ro. iij. Nõ sunt faciẽda mala vt iñ eueniãt bona. Hinc et Grego. Qui hac intẽtiõe male accipit vt bene dispensec grauat potius q̃ iuuetur. i. q. i. Non est putandũ. Nõ si quis fenus exerceret vt hospitalia et ecclesias consecraret: vel eriã aliena raperet vt pauperibus subueniret. seipm̃ deciperet: cũ nil mereret: sed peccatũ incurreret. Unde et Loth qui obtulit duas filias suas virgines habitatoribꝫ sodomorũ ab eis illudendas ne abuterentur iuuenib⁹: quos ad hospitiũ receperat. id est angelis qui in forma iuuenũ apparuerãt. potius hoc quod sceat ascribitur perturbationi eius ex horrore illi⁹ sceleris q̃ rationi. vt dist. xuij. ca. Quod ait. In quo frequenter offendũt homines cõmittendo diuersa peccata vt liberent proximos a tribulationib⁹ vel a peccat̃. propter hoc dicendo mẽdacia addendo penuria vl̃ alia mala. Sed vt dicit Aug⁹. Cum ad id venerit homo vt saluti proximi nisi peccãdo prouideri nõ possit. tamse nõ existimet habere quod facit. id est qõ debeat facere. xxij. q. ij. ca. Faciat. Nam contra ordinẽ caritatis est sue saluti nocere vt alteri subueniat. ¶ Hec est ꝓra hãc sententiam q̃ moyses dominũ rogauit vt deleret eum de libro suo: vt populo dimitteret peccatũ idolatrie cõmissum in adoratiõe viruli. Exodi. xxxij. Non enim sic est intelligendũ tanq̃ Moyses optauerit se priuari salute et deleri ꝛ libro viuentiũ in gloria. Hoc enĩ irrationale fuisset. Sz peruẽit deleri de libro dei nõ simpliciter: sed quantũ ad cõsolationes multas: quas debebat a dño recipe in pñsenti. prout scriptũ in libro dei erat. id est predeordinatũ. vt ex hoc populo illi parceret de tanta offensa. ¶ Quod ergo dicit q̃ quicquid agãt homines intentio iudicat oẽs. intelligẽdum est hoc nõ de his q̃ mala sunt fm se. sed de bonis seu indifferentib⁹. Unde dicit psalmista: ad hoc designandũ. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatiões tuas. nõ mala opera: sed iustificationes. id est mãdata tua: que seruata faciũt bominẽ iustum. ¶ Tertio intentio debz esse imaculata. id est q̃ ille qui facit aliquod bonũ et propter deuz nõ habeat in se maculã peccati mortalis. quia de operibus huiusmõi. et si bona intẽtione facta retributionẽ a deo non haberet in superna gloria. ¶ Unde apostol⁹ dicit prima ad Corinth. xiij. Si distribuero facultates meas in cibos pauperũ ꝛ tradidero corpus meũ vt ardeam. sc̃z propter deũ seu propter fidem seruandã martyrio me exponã: caritatem aũt nõ habuero nihil mihi prodest: sc̃z quo ad retributionẽ eternam. Caritas autẽ nõ cõpatitur secum maculã alicuius mortalis. Qui ergo est in aliquo peccato mortali. vt odio. luxuria. inuidiez huiusmodi. quãcunq; supplicia sustineat pia intentione. scilicet propter deum. nõ tamẽ inde recipit retributionẽ glorie. Sed aliqua alia bona vt prosperitatẽ: liberationem a multis periculis. dispositionẽ seu mollificationez cordis ad penitẽtiam. ad minus supplicii in alia vita: Et sic remanet illud bonũ irremuneratum. Et ad hoc signãdum dicit psalmista. In eternũ peccatoz nõ intendit facere iustificatiões. id est mãdata. in eternũ. i. semp. Sed ꝓtunc quãdo facit aliqua de genere bonorum. vt ieiunia. elemosinas. oratões ꝛ huiusmõi: intentiõe retributiõis ꝛ premiũ. Sed quãdo cõmittit peccata: tũc nõ inclinat cor suum ad iustificatiões dei. imo ab eis recedit transgrediẽdo. Cum autem quis est in gratia et caritate habet intẽtionem semper seruãdi precepta dei. Unde psal. xluij. Pulchritudie tua intẽde. id est ex gratia que est pulchritudo anime intentiõem tuam dirige.

¶ Quarto intentio ad hoc vt sit recta oportet q̃ respiciat tanq̃ ad vltimũ finẽ ad retributionẽ dei. Sed notandũ q̃ est triplex retributio a deo. sc̃z tẽpalitatis. Triplex ꝛ penalitatis: ꝛ eterne felicitat̃. ¶ De primo dicit Esaie lxi. Oẽs sequũtur retributiões. scilicz tẽporalium. retributõ dei. Et Luce. xij. dicit saluator. Cum facis prandiũ aut cenam noli vocare amicos et diuites: ꝛ fit tibi retributio. sc̃z alicuius cõmodi tẽpalis. Qui igitur inclinat cor suũ. id est proponit ad faciendũ iustificationes domini. id est ad seruãdum mandata ꝛ ad faciendũ bona propter hanc retributionẽ. vt sc̃z prosperet a deo in tẽporalibus. non habet rectam intentiõem. vnde nec meret. Sic et christus dixit quibusdã non recta intentione eũ sequentibus. Queritis me: nõ quia vidistis signa. sed quia mãducastis ex panibus meis ꝛ saturati estis. Johãnis. vi. Unidã alĩ aliqua bona faciũt hac intentiõe vt tẽporalẽ gloriã inde cõsequãtur. de quorũ numero fuerunt phariseꝰ: de quib⁹ christus ait. Omnia opera sua faciũt vt videant ab hominibus Matthei. xxiij. Sz receperunt mercedẽ suam: dixit ipse Matth. vi. De secunda retributiõe. sc̃z penalitatis dicit Esaie. xij. cap̃lo Ue impio in malũ. Retributio enĩ manuũ suarum. id est operum fiat ei. Et ad Hebre. ij. cap̃. Omnis preuaricatio et inobedientia accipit iustam mercedem retributionis scilicet pene. Qui ergo seruat mãdata hac intentione principaliter propter retributionẽ pene infernalis: scilicet euitandam: non habet intentionẽ debitam: nec meritorie operatur. Oportet enĩ scõm Augustinũ: non solum timere deum iudicem ꝛ punitorẽ peccatorum. sc̃z etiam vt antietur pro gloria. de pe. dist. vij. Et regla iuris dicit. Qui ex timore facit preceptum: ꝛ si bonuz est quod facit: non tamẽ benefacit. Sic etiam qui cauent se a peccatis vl̃ bona aliqua faciunt vt nõ flagellentur a deo: et non alia intentiõe principaliter parum vel nihil grati sunt. Sicut achab rex israel qui ex cõminatione Helie humiliatus est exterius deferendo cilicium et ieiunando: ad euadẽdum penam sibi comminatam. iij. Regum. xxi. ¶ De tertia retributõe dicit apostolus de veris fidelibus. A domino accipietis retributiõem ad Colo. iij. Et hanc esse magnam innuit sapiens dicens Ecclesiastici. xij. ca. Inuenies retributionẽ magnaz. Et hoc simpliciter quia in huiusmõi retributiõe continentur omnia bona. Iuxta illud Psalmiste. In custodiendis illis retributio multa. Et si aliquis intenderit deo seruire: et mãdata eius custodire propter bona gloríe. scilicz diuitias. honores. pacem. securitatem. sanitatem. sapientiã. gaudiũ ꝛ alia hmuiusmõi bona: que in istis promittũtur in vltima retributiõe: habẽdo respectum ad ista principaliter ꝛ nõ ad deũ. adhuc nõ esset recta intentio. sed amor mercenarius quo seruus opat propter mercedem principaliter ex labore consequendã Sed seruiendo principaliter deo bona faciendo propter ipsum consequẽdum in quo et ex quo sunt omnia predicta bona: quoniã retributiõ est domin⁹ vt dicitur Ecclesiastici. xxxv. Iste talis habet amorẽ filialem oculũ

simplicē perfecte intentiōis bene in gratia operando. Et propter hanc intentionē semp merek z augetur pmiū eius. Sic ergo sit oculus tuus simplex: vt dicere valeas cum psalmista. Inclineui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas.

Capitulum Septimum. De electione, qui est actus voluntatis.

Consequenter agendum de actibus voluntatis qui sunt in coparatione eorū que sunt ad finē. respectu quoz voluntas dicit liberum arbitriū. eadem potētia realiter cū voluntate sed differens rōne. Horum primus dicitur electio. Q3 electio sit actus volūtatis nō ratōis patz p philosophū in. iij. ethicoz. qui dicit q electio est desideriū eorum que sunt in nobis. Desiderium aūt est actus voluntatis. Sciendū tamē fm beatū Thomā prima secūde. q. xiij. arti. i. q electio importat in nomine suo aliquid pertinēs ad rationē: z aliqd pmens ad voluntatē. Dicit enī philosophus in. vi. ethicoz q electio est appetitus intellectiuus vel appetitus intellectus. Quādocunq autē duo cōcurrunt ad aliquod vnū cōstituendū. vnū eorum est vt formale respectu alterius. Unde Hreg. nicenus dicit: q electio neq est appetitus fm seipam neq consiliū solū: sed aliqd ex bis compositum. Sicut enī dicim⁹ animal ex anima z corpe conpositū esse. Neq3 corpus esse fm seipam: neq3 animā solaz sed vtrūq3: ita electionem. Est aūt cōsiderādum in actibus anime: q actus qui vnius potentie essentialiter vl habitus. recipit formā z speciē a superiori potentia vel habitu. fm q ordinak inferius a superiori. Si enim aliquis actū fortitudinis exercet ppter dei amorē. actus quidē ille materialr est fortitudinis. formaliter autez est actus caritatis. Quāuis ergo ratio quodāmodo voluntatem precedat z ordinet actū ei⁹: inq̄ntum sic volūtas tendit in obiectū suum fm ordinē rōnis: eo q vis appbensiua appetitiue suū obiectum repsenter. tamen in bius subst̄ātia actus materialiter se habet ad ordinē qui imponik a superiori potentia. Et ideo electio nō est actus rationis sed volūtatis. Perficitur enī electio in motu q dam anime ad bonū quod eligitur. Et quāuis electio importat quādam collationē qua vnum alteri pfertur. Conferre autē licet sit ratōis. tamē electio nō est essentialiter ipa collatio. sed collatio est p̄cedens ad electionem.

Electio ẽ actus voluntatis

Electio nō est bruto⁹ nec pueroz. Electio nō est brutoz. Unde Hregorius nicenus dicit q irrationabilia z pueri nō eligunt. Ratio buius est fm beatū Thō. vbi supra. articu. ij. q cum electio sit preaccepto vnius respectu alterius. necesse est q electio sit respectu pluriū que eligi possunt. Et ideo in bis q̄ sunt penitus determīata ad vnū: electio nō habet locū. Est autē differentia inter appetitū sensitiuū et intellectiuum seu voluntatē. quia appetitus sensitiuus est determīatus ad vnū aliquod particulare: fm ordinē nature: vt ex predictis patz. Volūtas autē ex cōm ordinē quidem nature determīata est ad vnū cōmune quod est bonū: sed indeterminate se habet respectu particulariū bonoz rum. Et ideo proprie voluntatis est eligere. nō autē appetitus sensitiui qui solum est in brutis: z ideo eoz nō est electio.

Differūt appetere z eligere. Quāuis aūt animalia appetant aliquid propter finē vt comedere. ppter viuere: non tamē in eis est electio. quia nō omīs appetitus alicuius. ppter finez vocatur electio. sed oportet q sit cum quadā discretiōe vnius ab altero: quod esse nō potest nisi vbi appetitus potest ferri in plura. Item q brutū animal preaccipit vnū potius q̄ alterum: vt ouis vnam herbam et non aliam absq electione mouek in illud. Sicut etiaz ignis absq electione mouetur sursum nō deorsum. Statim enī quod per sensum vel imaginatiōem representat bruto aliquid ad quod naturaliter inclinatur eius appetitus: absq electione in illud mouek. Quod etiā appareant alique mirabiles sagacitates in quibusdā animalibus. vt canibus. apibz z huiusmōi. procedit hoc inq̄ntum habent naturalē inclinationē z instinctū ad quosdam ordinatissimos processus. vtpote a sūma arte diuina ordiatos. Sicut et sagitta directe tendit ad signū ex motione sagittantis: ac si haberet rōnem dirigentē et propter h̄ dicunk illa animalia sagacia et prudentia et nō quia in eis sit ratio vel electio.

Electio est eoz̄ que .§. I.

